R. P.
MARTINI DE LAVDVNO CARTVSIANI

Quondam Prioris Cartusiæ Vallis S. Petri in Diœcesi Laudunensi.

EPISTOLA SACRA ET EXHORTATORIA,

Mirabili studio & artificio ex meris Sacræ Scripturæ verbis collecta, ad quendam Nouitium Ordinis Cartusiensis, vt in sancto proposito permaneret.



Eremitaru Camald. Montis Regis prope Varsavia

PARISIIS,
Apud LVDOVICVM DE HEVQVEVILLE, viâ Iacobæâ sub signo Pacis.

M. DC. XLVI.

Cum Approbatione.

ADMODVM REVERENDO Patri D. Domno AVGVSTINO IOYEVLX

Priori meritiſſimo, cæteriſque VV. & Religioſis Regij iuxta Pariſios Cartuſianorum Monaſterij Patribus.

Georgius Ioſſe S.

EPISTOLAM adnutantem in propoſito ordinis veſtri tyronem directam, & ad perſeuerantiam exhortantem iterum luci redditurus, idem quod Religioſiſsimi Patres anteceſſores veſtri vno ab hinc ſæculo V. in Chriſto Patri Martino Laudunenſi Cartuſiæ Vallis S. Petri Priori (dum eum latere non ſunt paſsi) præſtiterunt,

hoc mihi erga vos agendum esse iure meo censui; vt orbis intelligat munere vestro tam eximium depositum in manus nostras deuenisse. Cumque eum non solum verbis atque sententiis sed apicibus etiam ipsis ex Codice sacro ad miraculum expressum sit, nec solum ex parte totum sed ex toto totum constet, nihil potest eo sanctius nihil perfectius reperiri. Vbi namque meliùs quam in sacris paginis, exempla virtutum, vitiorum victoriæ, Contemptus mundi, Arbitrij proprij abdicatio & Dei ac proximi Amor inueniuntur? Vbi magis suis coloribus redduntur inferorum supplicia vt timeantur? Vbi beatorum fulgor magis emicat vt sensus demulceantur? Atque si te ignoras, ô pulcherrima, Abi post tanti libri vestigia & te inuenies, id est, si vana peccati imagine sensus delusus fuerit, fidelissimum hoc speculum squallorem ostendet & emendabit; si sæculi vn-

dis fueris immerſa, caput exeres; ſi vinculis ſcelerum grauis, lacertos mouebis; & ſic intercluſa ſalutis vox, laxato per Spiritum ſanctum intus animo, liberius meabit. Quare non ſolis in religionis acie decertantibus tyronibus ſed toti Chriſtiano orbi proderit hoc opus; Cum quantùm diuinæ literæ ſupra ſæculi ſcientias præſtent, Compendium hoc, per compendium nos doceat. Quam ob rem Patres veſtri ſexcentorum annorum ſpatio aut circiter palam quotannis tota diuina volumina perlegunt, atque priuatim ſingulis diebus ab illa ditiſsima gaza aliquid decerpunt. Apud vos quippe certiſsimè conſtat diuinum ſeceſſum incolere diu neminem poſſe, ſi continua ſacrorum oraculorum lectio, quæ cæleſtia ſuggerit alimenta; ſi Chriſti vitæ pia meditatio, quæ cibos iam ſubiectos comminuit; ſi denique feruens oratio, cuius ſucco adoleſcit ani-

mus, defuerint. Heu, vtinam Christiani, institutis vestris instructi, moribus imbuti, legibus conformati, & vestigiis vestris proximè inhærentes ita exercitamenta vestra noscerent vt amarent, ita amarent vt amplexarentur, & ita amplexarentur vt procul à sæculo & cum Christo essent. Valete, Lutetiæ Parisiorum, Anno Donini M. DC. XLVI. 7. Kalend. Maij.

SEQVITVR EPISTOLA per Venerandos Cartusiæ Parisiensis Patres olim R. eorum P. Primario Dedicata.

TAMETSI, Pater Reuerende, plusquam ter Dominum orauimus vt nobis absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi per quem nobis mundus crucifixus esse debet & nos mundo. Siquidem qui gloriatur, in Domino glorietur. Tamen paternitatem vestram precandam habemus, vt velut insipientes accipiatis nos: vt & nos modicúm quid gloriemur: non quidem de nobis sed vt Apostolus (cuius fere verba assumpsimus) de Corinthiis ait, De vobis glorior apud Macedones: Ita si non plane gloriari: intra tamen modum congaudere liceat nobis de Ordinis nostri gloria confratrumq; profectu. Nam cũ à mundi huius (qui in maligno positus est) amatoribus: qui religiosorum gnauitatem & solertiam ignorant: duo soleant nostris præcipue vitia non modica sed quantum in Domino confidimus immerita obiici: ignauia videlicet & inscitia: tantum nostri antecessores profecerunt vt ab vtroque purgari possint quam iustissimè. Ab ignauia quidem vel

diui Patris Augustini iudicio : qui censet non parum gnauos nec modicum rei Christianæ prodesse qui pro viriliter in vinea Dominica laborantibus sine intermissione precantur. Quæ res (vt idem gloriosissimus Doctor attestatur) latissimè figurata est in sacræ Regum historiæ libro quidem primo Capite autem trigesimo : vbi æqua pars descendentis ad prælium & remanentis ad sarcinas constituta est : lege perdurante in diem hanc. Et Sanctorum Patrum Ægypti vita laudabili confirmata : in qua non minor precantium quam laborantium erat merces. Cuius sententiæ suffragatur venerabilis Cancellarius Parisiensis Ioannes Gerson de Consolatione Theologiæ libr. 3. vbi eius hæc sunt verba : Vis scire quantum segregatus & orans sit vtilis? Moysen orantem in monte dum pugnaret Israel aspicito. Tolle itaque orationes timentium Deum quid proderit obsecro labor se fatigantium : prædicando vel monendo, vel corrigendo : quandoquidem medicos etiam monet sapiens orare vt opera dirigat sua Deus? Et reliqua quæ ibidem sequuntur : Si quis igitur Confratres nostros minus ad prælia accinctos censuerit quamquam sunt & illis sua certamina : (nam militia est vita hominis super terram) censeantur saltem ad sarcinas derelicti : & pro laborantibus ac præliantibus precantes : vt & ipsi (citra aliorum iniuriam) singulos accipiant denarios. Neque tamen ignaui sunt existimandi vinitores qui à prima hora stando : vigilando,

vigilando, ieiunando, psallendo, orando (sed nūc in infirmitatibus nostris gloriamur) portant pondus diei & æstus: ab ea vero, quæ secundo loco illis vitio dari solet, inertia & litterarum bonarum ignorantia egregie sese diluerunt ex nostris quam plurimi de sacris litteris benemeriti: qui præclara lucubrationum suarum reliquerunt monimēta: ab Abbate quodam Spanhemensi in opere de Ecclesiasticis scriptoribus composito luculenter enumerata. Quorum quidem authores (vt cæteros taceam) breuiter commemorat, Bartholomæum, Dionysium, qui post Augustinum numero librorum (vt præfatus Abbas testatur) parem habet neminem: Gerardum, Guidonem Priorem Cartusiæ, Ioannem de Teneramunda, Hermannum Petra, Henricum de Hassia, Henricum Arnoldi, Iacobum, Ioannem Hagen, Ioannem Venetum, Ioannem de Lapide, Ludolphum de Saxonia, Vveruerum: Quapropter quia (vt verbis diui Hieronymi in libro de Vita Monastica ad Paulinum vtamur) habet vnumquodque propositum principes suos: Romani duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones. Philosophi proponant sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem. Poëtæ æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium. Et vt ad nostra veniamus: Episcopi & Presbyteri habeant ad exemplum Apostolos & Apostolicos viros. Nos autem habeamus propositi nostri principem Brunonem, Reuerendum

Ordinis Cartusiensis institutorem. Et litterariæ militiæ proceres, Bartholomeos, Dionysios, Gerardos, Guigones, Hermannos, Iacobos, Ioannes, Ludolphos, Vverueros. Neque vero mirandum si ad litteras in tanto exercitio per interualla respicimus: vt quorum professionis institutio ex litteris & litteratis admodum viris traxerit originem. Verum id magis mirandum: quod postquam seculo & secularibus renuntiauimus studiis, nunquam ad eadem reuersi sumus, sed semper indiscussi (vtpote super firmā petram fundati hactenus Domino nos confirmante) permansimus: Ita vt vetere illo Elogio quo firma Ecclesiæ columna compellamur non videamur indigni. Cæterùm, Reuerende Pater, cum Fratrum nostrorum præter supra nominatos: quamplurimi ex sacra lectione congregauerint sibi scientiarum diuitias: venerabilis Prior Vallis sancti Petri Martinus de Lauduno; si non pondere ac magnitudine rei: at sedulitate sua supergressus videtur vniuersos. Sic enim in sanctis litteris institutus: sic versatus: sic assuefactus est: vt sicut Iouem (quod pueri audiuimus) fabulantur: si dialectica vti voluisset: non alia vsurum fuisse quam Chrisippea: Ita non alio visus sit vti voluisse sermone quam ex castis Domini eloquiis deprompto. Qui veluti ingeniosissima apes tanta sedulitate sacræ Scripturæ flores delibauit: vt ex eis egregios fauos confecerit: è quibus protinus aërei mellis cœlestia dona sitientes Nouitiorum animi suge-

re poſſent. Collegit enim epiſtolam miræ eruditionis pleniſſimam, ex meris ſacræ Bibliæ contextibus. In quo opere illorum diligentiam & pietatem: qui Homerocentonas: aut Virgiliocentonas: vt Proba Valeria (cordata quidem mulier) confecerunt: tantum excedere videt quanto, Biblia ſanctior eſt quam Poëtica figmenta. Hanc itaque Exhortatoriam Epiſtolam veſtræ paternitati (quatenus pios labores comprobetis) mittimus ac dicamus ad Nouitiorum noſtrorum, & iamprimum initiatorum ædificationem: Necnon ad Dei omnipotentis gloriam qui veſtram paternitatem reuerendam in ſancto Cartuſienſi inſtituto conſeruare dignetur. Ex veſtra domo Cartuſiana Vallis viridis extra Pariſios, Anno Chriſtianæ pietatis milleſimo quingenteſimo ſexto, Nonis Martiis ante Paſcha.

APPROBATIO.

NOs Academiæ Sacræ Facult. Pariſienſis Doctores Theologi, teſtamur; hanc *Epiſtolam Exhortatoriam ex meris ſacræ Scripturæ locis collectam, per R. Patrem Dominum Martinum de Lauduno ólim Cartuſienſem*, nihil contra fidem Catholicam, Apoſtolicam & Romanam continere, in cuius rei fidem, hac 19. Apr. 1646. ſubſignamus.

C De la Haye Benedictinus.
Grenet.

INDEX CAPITVM.

Finis Indicis.

Epigramma in subsequentis Epistolæ commendationem ex tempore conflatum.

SI quis Epistolium leget hoc mirabile, noscet
Quanta bonis casti cura sit eloquij.
Nota magis nulli domus est sua, quam venerando
Illius authori pagina sacra fuit.
Nullum etenim sensum, aut dictum, vix denique verbum:
(Quod non contineat Biblia sacra) tenet.
Multa tamen diuo tenet admiranda Platoni:
Quæ meritò stupeat doctus Aristoteles.
Multaque sanctorum decretis consona Patrum:
Tradit: at è sacris sumpta voluminibus.
Multa quidem diuus Bernardus dogmata fulcit
Codice diuino: Canonicisque libris.
Doctoresque alij præclara volumina passim
Muniuere sacri viribus eloquij,
At nullum legi qui sensa tot accumularit
E verbis sacris (author vt iste) meris.
Hoc igitur propriæ meruit Cartusia laudis:
Norit vt è sacro Codice sola loqui.
Sed quidquid meruit petit vt referatur ad illum:
Vnde datum plenum manat: & omne bonum.

LECTORI BENEVOLO.

SCies, BENEVOLE LECTOR, hinc inde in hac subsequenti Epistola litteras M. & N. occurrere nonnunquam; Per M. quidem apte significatur aut Magister, aut Monitor, aut Martinus: Per N. vero Nouitius, aut Nomen eius, quod modeste tacetur.

EPIST.

EPISTOLA SACRA ET EXHORTATORIA EX MERIS SACRÆ SCRIPTVRÆ LOCIS COLLECTA.

Per MARTINVM DE LAVDVNO Cartusiensem.

CAPVT PRIMVM.

Continet autem hæc Epistola decem & nouem Capita. In quorum primo increpatur dictus Nouitius qui cum ex quadam laxiore religione ordinem Cartusiensem feruens intrasset: iam tepens cœpit ad priorem velle reuerti.

DILECTISSIMO in Christi visceribus fratri N. frater *M.* [a] gaudere in Domino semper. a *Philip.* 4.

[b] Exiit sermo inter fratres: b *Ioan.* 21.

a *Hebr.* 10. quod tuã velis deserere [a] col-
b *Matt.* 2. lectionẽ: [b] & per aliam viam
Vanitas mundi & labor. reuerti in regionem tuam. Atque vtinam, mi frater, peregre
c *Lucæ* 15. [c] non proficiscaris in regionem longinquam: In qua cupias de siliquis porcorum ventrem implere: quippe qui
d 1. *Reg.* 2. repletus [d] prius pro panibus te locaueris: Si enim descen-
e *Luc.* 10. deris [e] de Hierusalem in Ie-
f 1. *Cor.* 7. rico: vt illa (quæ præterit [f] fi-
g 2. *Cor.* 8. gura huius mundi) tuæ [g] inopiæ sit supplementum: nun-
h *Genes.* 3. quid non terra illa spinas [h] & tribulos germinabit tibi? in
i *Aggæi* 1. qua seminatur [i] multùm & infertur parum. Etiam cum de-
k *Thren.* 1. deris [k] prætiosa quæquẽ pro cibo ad refocillandam animam. Væ, væ, quia semper
l *Job* 30. eris egestate [l] & fame ste-
m *Isa.* 55. rilis, appendens argentum [m] tuum non in panibus & laborem tuum non in saturitate. Nam & aquæ furtiuæ
n *Prou.* 9. [n] quæ dulciores videntur:

ignem [a] qui nunquam dicit sufficit, non possunt extinguere: Quin potius [b] omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterũ.

a Prou. 30.
b Ioan. 4.

Quam subitò mutatus [c] es in virum alterum? Non plane mutatione [d] dexteræ excelsi: sed velut stultus [e] qui vt luna mutatur. [f] Et vt homo natus de muliere breui viuens tempore: quasi flos egreditur & conteritur & fugit velut vmbra: & nunquam in eodem statu permanet. Qua enim [g] re apud nos indiges, vt quæras [h] ire ad terram tuam: vt rursum fodias tibi cisternas dissipatas, non valentes continere aquas? Cum ad manum habeas [i] fontem aquæ salientis in vitam æternam? Puto [k] si probas vtiliora instructus per legem: eliges nobiscum [l] haurire aquas in gaudio de fontibus saluatoris, magis [m] quam de calice lato & profundo pota-

c 1. Reg. 10.
d Psal. 76.
e Ecclesiastici 27.
f Iob 14.
g 3. Reg. 11.
h Iere. 16.
i Ioh. 4.
k Rom. 2.
l Isaiæ 12.
m Ezec. 23.

re vſque ad fæces: quem ha-
a *Apoc.17* bet in [a] manu ſua Babylon
mater fornicationum & abo-
minationum terræ. Quod ſi
b *Num.11.* recordaris [b] piſcium quos co-
medebas in Ægypto gratis,
c *Exod.16.* dum [c] ſederes ſuper ollas car-
d *Nehe.8.* nium, comedens [d] pinguia &
e *Rom.7.* bibens mulſum: nō [e] ignoras
frater (ſcienti enim legem lo-
f *Rom.14.* quor) quod regnum [f] Dei
non eſt eſca & potus. At ſi is
g *Iſa.14.* [g] qui ſuper aſtra cœli voluit
exaltare ſolium ſuum & ſe-
dere in monte teſtamenti: &
aſcendere ſuper altitudinem
nubium vt eſſet ſimilis Altiſſi-
h *Matt.4.* & *Luc.4.* mo: [h] oſtenderit tibi omnia
regna mundi & gloriam eo-
i *Philip.3.* rum: certè [i] hæc omnia ar-
bitrari debueras vt ſtercora
vt Chriſtum lucrifaceres, di-
k *Pſal.73.* cens ei, [k] Quid enim mihi eſt
in cœlo: & à te quid volui ſu-
per terram?

l *Matt.10.* Forſitan grauaris [l] porta-
re pondus diei & æſtus, præ-

ſertim cum difficile ſit carnē
[a] ſuam crucifigere cum vitiis a *ad Gal.* 5.
& concupiſcentiis, & deni-
que [b] per multas tribulatio- b *Act.* 14.
nes intrare in regnum Dei.
Scrutare [c] ergo ſcripturas, & c *Ioan* 5.
require [d] diligenter in libro d *Iſa* 24.
Domini qui continet ſermo-
nes [e] rectiſſimos & veritate e *Eccl.* 16.
plenos, vt noueris quia ſi com-
patimur [f] & conregnabimus. f *Tim.* 2.
Malum [g] eſt malum eſt, dicit g *Prou.* 20.
omnis emptor ſed cum re-
ceſſerit, tunc gloriabitur: cum
ſcilicet id momentaneum [h] h 2. *Cor.* 4.
& leue tribulationis noſtræ,
Reddet [i] menſuram coagita- i *Luc.* 6.
tam & ſupereffluentem. In
[k] paucis enim vexati in mul- k *Sap.* 3.
tis bene diſponemur. Quia re-
uera non ſunt [l] condignæ paſ- l *Rom.* 8.
ſiones huius temporis ad fu-
turam gloriam quæ reuelabi-
tur in nobis. [m]. Non ſolum au- m *Gal.* 1.
tem ſed & in præſenti ſeculo
nequam, iuxta eſt Dominus
[n] his qui tribulato ſunt corde, n *Pſal.* 33.

a 2.Cor.1. vt ſicut [a] abundant paſſiones
Chriſti in ipſis; ita & per Chri-
ſtum eorum abundet conſo-
latio.

b Hebr.10. Rememorare [b] autem priſti-
nos dies in quibus illuminatus
magnum certamen ſuſtinuiſti
c Pſal.135. paſſionum, quando in [c] manu
d Sap,4. potenti & brachio excelſo [d]
properauit Dominus educere
e Leuit.16. te de medio iniquitatum,[e] con-
terens catenam ceruicis vt e-
rectus incederes. Recole, in-
f Pſal.68. quam, cum zelus [f] domus Dei
te comederet: quot aduerſis
g Zachar. 12. [g] plagatus fueris in domo eo-
rum qui diligebant te, qui vti-
h Galat.4. que æmulantur [h] te non be-
i Mich 7. & Mac. 10. ne, quoniam inimici [i] hominis
k Matth.7. domeſtici eius. Denique [k] ve-
nit pluuia & flauerunt venti
in domum tuam, nec cecidit;
l Hebr.11. in tantum vt magis [l] eligeres
affligi cum populo Dei, quam
temporalis peccati iucundi-
m Ezec.3. tatem habere: manus [m] enim
Domini erat tecum confor-

tans te. Cum [a] enim decre- a *Act.* 11.
uisses in proposito cordis per-
manere in Domino, bonus
[b] Dominus & confortans in b *Nah.* 1.
die tribulationis: effudit [c] fra- c *Psal.* 4.
meã aduersus eos qui te per-
sequebantur, dixitque tibi:
Nihil [d] horum timeas quæ d *Apoc.* 2.
passurus es, quia [e] ego pro- e *Gen.* 15.
tector tuus sum & merces
tua magna nimis & nunc [f] f *Exod.* 4.
egredere de Ægypto vt sa-
crifices mihi in deserto. Et
quia corpus [g] quod corrum- g *Sap.* 9.
pitur aggrauat animam: datæ & *ad Roman.* 1.
[h] sunt tibi alæ duæ aquilæ h *Apoc.* 12.
magnæ: vt volares in deser-
tum locum paratũ tibi à Deo.
vt [i] sollicitus esses quæ sunt i 1. *Cor.* 7.
Domini quomodo placeres
Deo; qui dimisit [k] onagrum k *Iob* 39.
liberum & dedit ei in solitu-
dine domum. Tunc immis-
sum [l] est in os tuum canticum l *Psal.* 39.
nouum carmen Deo nostro,
Et dicebas, Laudate Domi-
num. Cantate Domino quia

liberauit animam pauperis de
manu malorum. Currebas [a]
a Galat. 5. bene: quis te fascinauit vt pro
b Psal. 105 [b] nihilo haberes terram de-
c Num. 13 siderabilem? quæ cum [c] cul-
tores habeat fortissimos: plu-
d 4. Reg. 6. res [d] etiam nobiscum sunt
quam cum illis. Quis non ti-
e Psal. 42. meat terribilem [e] in consiliis
super filios hominum, quis si
non sit preuentus in benedi-
f Psal. 20. ctionibus [f] dulcedinis: cum
g Gen. 19. vxore Loth post tergum [g] non
h Malac. 3. respiciat, dicens: vanus [h] est qui
seruit Deo? Fateor, inhorrue-
i Iob 4. tunt [i] pili carnis meæ, vbi
k Gen. 43. auditum [k] est, & celebri ser-
mone vulgatum: quod homo
l Act. 18. [l] feruens spiritu & potens in
m Isa. 1. scripturis caput [m] haberes lan-
guidum & cor mœrens; adeo
n Apoc. 3. vt tepidus [n] inciperes iamiam-
que euomi ex ore Domini.

CAPVT II.

In secundo capite habetur qualiter spiritus erroris dicto Nouitio ad memoriam reducit quædam dona & præcipuè donum lachrymarum: quod in priori ordine sibi videbatur accepisse, & nunc conquerebatur amisisse.

VErùm is qui [a] sagittat in obscuro rectos corde: & de industria dissoluit [b] cor virorum bellatorum qui remanserunt in ciuitate, ne [c] possint manus eorum implere quod cœperant. venit [d] ad te in vestimentis ouium vt educeret [e] te per viam de qua præcepit tibi Dominus vt eam amplius non videres. Cum enim paulatim tædere [f] cepisset cor tuum itineris & laboris: stetit [g] quidam ante oculos tuos cuius vultum non cognoscebas: habens [h] quidem speciem pietatis, sed vir-

a Psal. 20.
b Iere. 38.
c Job 5.
d Matt. 5.
e Deut. 34.
f Num. 21.
g Iob 4.
h 2. Tim. 4.

tutem eius abnegans: cùm sit
a Act.13. inimicus [a] omnis iustitiæ non
desinens subuertere vias Do-
b 2.Petr.3. mini rectas. Qui [b] fictis ver-
bis de te negotiari quærens:
c Psal.9. intendit rapere [c] pauperem
dum attrahit eum: & exul-
d Isaiæ 6. tans [d] sicut victor capta præ-
Diaboli verba. da quando diuidit spolia, di-
e Psal. 70. cit Deus [e] dereliquit eum,
persequar & comprehendam
f 2. Cor, 1. illum: nam inuenitur [f] apud
g Prou.13. eum, est & non, quia vult [g] &
h 2. Cor.1. non vult piger: nec [h] est per-
fectus in eodem sensu & in
eadem scientia: ignorãs quip-
i Hebr.13. pe quod optimum [i] sit gratia
k Iacob. 1. stabilire cor: similis [k] est flu-
ctui maris qui à vento moue-
tur & circumfertur: adeoque
l Psal.52. illic [l] trepidat timore vbi non
m Leu.26. est timor, vt terreat [m] eum
etiam sonitus folij volantis.

n Pro.14. Denique [n] si credit inno-
cens omni verbo: nonne do-
o Hebr.13. ctrinis [o] variis & peregrinis
protinus abducetur, qui ne-

ſcit probare [a] ſpiritus ſi ex *a 1. Joan. 4.*
Deo ſint? Egrediar [b] igitur & *b 3. Reg. 22.*
ero ſpiritus mendax in aure *Fraude & Diaboli.*
eius: terreboque [c] eum per *c Job 7.*
ſomnia & per viſiones hor-
rore concutiam: donec magis
magiſque pertimeſcat [d] cor *d Joſue 7.*
eius, & inſtar aquæ liqueſcat.
Si vero quaſi [e] leo confidens *e Prou. 28.*
abſque terrore permanſerit:
loquar [f] ei verba pacifica in *f 1. Machab. 11.*
dolo & vultu [g] procaci blan- *g Prou. 7.*
diens irretiam eum multis ſer-
monibus: vt [h] non quærat *h 1. Cor. 10.*
quod ſibi vtile eſt, ſed quod
multis vt ſalui fiant. Hac [i] *i 2. Par. 32.*
enim vana perſuaſione delu-
ſus ſponte [k] conſentiet ha- *k Iudith 12.*
bitare mecum: optans ana-
thema [l] eſſe à Chriſto ſuo *l Rom. 9.*
pro fratribus ſuis vt ſaluos fa-
ciat aliquos ex illis: & igno-
rabit [m] quod ad vincula ſtul- *m Prou. 7.*
tus trahatur, & quod de peri-
culo animæ illius agitur. Et
[n] vt teſtimonia mea credibi- *n Pſal. 92.*
lia fiant ei nimis: faciliuſque

a Gal. 2.1. [a] iterum conuertatur ad infirma & egena elemēta mundi : proferam [b] de thesauro
b Matt.13. meo noua & vetera, vt discat
c Eccli.9. non deserere [c] amicum antiquum quod nouus non erit similis illi & dicam. Nonne
d Num. 13. dixeram tibi [d] quod terra illa pessima est, & deuorat habitatores suos? Sed & rex illius
e Matt.25. scio [e] quia homo durus est,
f Ezech.34. cum austeritate [f] imperans & potentia: ita vt nemini possit
g Gen. 37. [g] quidquam pacificè loqui.
h Mich.6. Ego vero quid [h] feci tibi aut quid molestus fui tibi? Reduc
i Isaiæ 42. in [i] memoriam priora. Cum
k Dan. 14. olim quietus [k] esses in domo mea florens : in palatio meo
l Psal.4. & in bonis corporis : [l] à fructu frumenti vini & olei multipli-
m 1.Cor.1. catus eras, & vt [m] nihil deesset tibi in vlla gratia : in spiritu
n Deut.32. sugebas mel [n] de petra, oleumque de saxo durissimo : & præ
o Isaiæ 7. [o] vbertate lactis comedebas butyrum deuotionis. Nunc

[a] vero nudatus atque consumptus vbi quæso es? Saltem [b] nunc memor esto vnde excideris & pœnitentiam agens prima opera fac, & reuertere [c] in locum in quo creatus es: quia ex [d] quo recessisti ab eo, inuenerunt te multa mala.

a *Job* 14.
b *Apoc.* 2.
c *Ezech.* 21.
d *Mach.* 1.

M. Hæc & his similia draco [e] qui descendit ad te habens iram magnam insufflat: sed vtinam [f] reuelet Dominus faciem indumenti eius: vt destructus [g] illustratione aduentus sui, arguatur [h] inueniaturque mendax. O plene [i] omni dolo & fallacia: frustra iniquitatem meditatus [k] es in cubiculo tuo vt iaceres rete ante [l] oculos pennatorum. Ponet [m] Dominus frenum in maxillis tuis & reducet te per viam qua venisti: nec implebis [n] ventrem tuum teneritudine fratris, quem expetisti vt eum cribrares sicut triticum. Ecce vir bone quonam

e *Job* 41.
f *Job* 41.
g 2. *Thes.* 2
h *Prou.* 31.
i *Act.* 13.
k *Psal.* 35.
l *Prou.* 1.
m *Isa.* 37.
n *Jere.* 51.

a 1. Petr. 3. modo ille qui [a] circuit quærens quem deuoret, qui insidiatur [b] quasi leo in spelunca sua: ecce [c] quomodo posuit velamen super faciem suam, & abscondit vultum [d] suum ne quis contempletur eum. Transfigurauit enim se in angelum [e] lucis: depingens oculos [f] suos stibio & ostendit tibi viam [g] quæ videtur homini bona, sed nouissima eius ducunt ad mortem.

b Psal. 9.
c Exod. 34.
d Iob 34.
e 2. Cor. 11
f 4. Reg. 9.
g Prou. 14.

Nam vt tua testatur epistola [h] quæ scitur & legitur ab omnibus: tua defensio [i] apud eos qui te interrogāt, hæc est. No. Ecce in priori monasterio meo in quo vocauerat me Dominus [k] ex vtero seruum sibi, olim consistens; garrulus [l] eram & vagus & quietis impatiens: curamque [m] carnis faciens in desideriis. Viuebam [n] sine lege aliquando, & cingens [o] me ambulabam vbi volebam: transgrediens

h 2. Cor. 3.
i 2. Cor. 7.
Tepidi Monachi descriptio.
k Isa. 49.
l Prou. 7.
m Rom. 15.
n Rom. 7.
o Ioan. 21.

[a] terminos antiquos quos po- a *Prou.22.*
suerant patres mei, & [b] erat b *Isa.24.*
sicut populus sic sacerdos.
Deus [c] autem qui diues est in c *Ephes.2.*
misericordia vinctum [d] suum d *Psal.68.*
non despexit: sed operi [e] ma- e *Iob 14.*
nuum suarum porrexit dexte-
ram: & sæpius [f] etiam tunc f *Lucæ 1.*
me visitauit oriens ex alto.
Dum [g] enim medium silen- g *Sap.18.*
tium tenerent omnia: quando
solet [h] sopor occupare homi- h *Iob.4.*
nes & dormiunt in lectulo:
tunc (vt [i] minus sapiens di- i *Psal.118*
co) media nocte surgebam ad
confitendum Deo: & clauso
[k] cubiculo orabam patrem in k *2.Cor.12*
abscondito. Recogitabam [l] l *Matth.6.*
tunc omnes annos meos in Suauitas
amaritudine animæ meæ, sed deuotionis.
& tunc nihilominus annos [m] m *Isa.38.*
æternos in mente habui: qui
cum [n] venerint, vanitatis ar- n *Psal.76.*
guentur præterita. Tuncque
[o] rupti sunt fontes abyssi ma- o *Gen.7.*
gnæ; & facta est pluuia super
terram: ita vt lachrymis la-

a Psal.6. uarem per singulas [a] noctes
b Psal.37. lectum meum, rugiens [b] à gemitu cordis mei, super omnes
c Ezec.18. [c] abominationes quas solet
d Num.15. operari impius, in quibus [d] sequutus fueram cogitationes meas, & oculos per res varias fornicantes. O quoties illo
e Iob 23. in tempore Deus [e] molliuit
f Psal.31. cor meum vt fieret [f] tanquam cera liquescens in medio ventris mei; & [g] erumpebant la-
g Gen.43. chrymæ, nec me poteram continere. Et hinc quidem vermem [h] qui non moritur &
h Isa.66. ignem qui non extinguitur pertimescens: hinc vero ad
i Psal.15. delectationes [i] quæ sunt in dextera Dei vsque in finem
k Psal.138. anhelans: eratque [k] nox illa illuminatio mea in deliciis meis. Interdum quoque fu-
l Isaiæ 35. giebat [l] dolor & gemitus, &
m Luc.1. erat [m] mihi gaudium & exul-
n Ezec. 28. tatio quasi in deliciis [n] paradisi Dei fuissem. Et quamuis propter hoc non desererem

Non hæc suauitas optanda sed opus perficiendum.

adin-

adinuentiones [a] meas & viam durissimam per quam ambulare consueueram: tamen misericors [b] & miserator Dominus dissimulans [c] peccata hominum propter pœnitentiam: infrenabat [d] os meum laude ne interirem: & fructus [e] illius dulcis erat gutturi meo. Tandem [f] digesto paulisper vino quo madebam: & videns quam vilis [g] factus essem nimis iterans vias meas: trahente [h] me Deo in vinculis charitatis cõpunctus [i] sum corde, & optaui probare [k] potiora, ne computrescerem vt [l] iumentum in stercore meo. Cæterùm [m] vt charitas mea magis ac magis abundaret: & ne amplius recederem [n] à tergo Domini: proposui reddere [o] vota quæ distinxerant labia mea: sciens pro certo quod Deo [p] displiceat infidelis & stulta promissio.

a *Iudic.* 2.
b *Psal.*90.
c *Sap.*11.
d *Isa.*68.
e *Cant.* 2.
f 1.*Reg.* 1.
g *Ierem.*2.
h *Osee* 2.
i *Act.*2.
k *Philip.*1.
l *Ioel.* 1.
m *Philip.*1.
n 1.*Reg.*12
o *Psal.*65.
p *Eccles.* 5.

CAPVT III.

In tertio capite. Inducitur Nouitius conqueri de duritia mentis quam patitur: & propterea ad pristinam religionem velle reuerti.

a Ephes.3. HVius [a] rei gratia exiui de terra & cognatione
b Gen.12. [b] mea: priore ſcilicet ordine meo qui me per euangelium
c 1.Cor.4. [c] in Chriſto genuerat: & veni in hunc locum horroris
d Deut.32. [d] & vaſtæ ſolitudinis ne vi-
e Eccleſ.4. derem [e] mala quæ fiunt ſub
f Thren.3. ſole. Sed ſedens [f] ſolitarius & tacens leuarem me ſupra me.
g Iob 15. Credidi fruſtra [g] errore deceptus quod Dominus plue-
h Exod.16. ret [h] mihi panem de cœlo &
i Pſal.77. cibaria [i] mitteret in abundan-
k Pſal.72. tiam, vt ſicut [k] adipe & pinguedine deuotionis repleta anima mea, in via teſtimonio-
l Pſal.118. rum [l] Dei delectaretur ſicut in omnibus diuitiis. Si enim

ſupereminens [a] magnitudo a *Epheſ.1.*
virtutis Dei quandoque in-
uenitur [b] in terra ſuauiter vi- b *Iob 28.*
uentium: quantò magis apud
eos qui propter [c] verba la- c *Pſal 16.*
biorum Dei cuſtodiunt vias
duras, dicentes ei [d]: quoniam d *Pſal.43.*
propter te mortificamur tota
die? Cùm ergo conſilio [e] ſciē- e *Eſther 1.*
tium leges & iura maiorum,
cœpiſſem in hac religione
mortificare [f] membra mea f *Coloſſ.3.*
quæ ſunt ſuper terram: in [g] la- g *2. Cor.11.*
boribus plurimis & ieiuniis
multis: in fame & ſiti: in fri-
gore & nuditate, protinus
verſa [h] eſt in luctum cithara h *Iob.30.*
mea: & clamaui vexatus [i] à i *Pſal.106.*
tribulatione malorum & do-
lore. Seduxiſti [k] me, Domine k *Iere.20.*
& ſeductus ſum, & confudiſti Retractio ſuauitatis probatio virtutis.
[l] me ab expectatione mea:
quoniam expectabam [m] bona l *Pſal.118.*
& venerunt mihi mala. Et vbi m *Iob 30.*
eſt calix [n] inebrians & præ- n *Pſal.22.*
clarus in quo dudum potum
[o] dabas mihi in lachrymis in o *Pſal.79.*

mensura, ita vt consolationes
a Psal.93. [a] tuæ lætificarent animam
b Iob 41. meam? Ecce induratum [b] est
cor meum sicut lapis, & cœ-
c Deut.28. lum [c] quod supra me est fit
d 2. Reg.1. æneum: adeo vt nec ros [d] nec
pluuia veniant super me, eo
e Psal.26. quod Dominus [e] declinauerit
f Prou.5. in ira à seruo suo. Cur [f] de-
testatus sum disciplinam, nec
audiui vocem docentis, ne
g Psal.104. omnino pertransirem [g] de gen-
te in gentem & de regno eius
ad populum alterum: cum
h Apoc.2. nollet super [h] me mittere a-
i 1. Cor.7. liud pondus? Beatior [i] forem
si sic permansissem secundum
suum consilium. Vereor au-
tem ne Dominus cuius iudicia
k Psal.55. [k] abyssus multa: callidè [l] edu-
l Exod.22. xerit me de Ægypto, vt [m] in
m Psal.62. terra deserta & inuia & ina-
n Luc.16. quosa non sit qui refrigeret [n]
linguam meam in hac tenta-
tionum flamma. Merito verba
o Iob 6. [o] mea dolore sunt plena & be-
p Ione 4. ne irascor [p] ego vsq; ad mortẽ.

Vſquequò [a] Domine clamabo & non exaudies : & auertes aurem [b] tuam à ſingultu meo & clamoribus? Tu ſemper [c] pluis ſuper iuſtos & iniuſtos ; vt potent [d] onagri in ſiti ſua: & nunc Domine [e] contines in ira tua miſericordias tuas. Vnde & ego [f] ſicut fœnum arui. Rorate [g] cœli deſuper & nubes pluant imbrem: & qui terram [h] arentem & auſtralem dedit mihi, iungat ei irriguam aquis : vt ſeminans [i] in lachrymis in exultatione metam. Ego [k] ille quondam opulentus ad nihilum [l] redactus ſum & neſciui, quandoquidem [m] expectaui pacem & non venit. & tempus deuotionis & ecce tentatio. Et [n] quis poterit ſtare ? Nonne melius eſt [o] reuerti in Ægyptum quàm mori in hac vaſta ſolitudine? in qua [p] errantes homines proficiunt in pœnis ; & ſecundum [q] duri-

a *Abac.* 1.
b *Thren.* 3.
c *Matth.* 5.
d *Pſal.* 103.
e *Pſal.* 76.
f *Pſal.* 101.
g *Iſaiæ* 45.
h *Ioſue* 15.
i *Pſal.* 115.
k *Pſal.* 72.
l *Iob* 26.
m *Iere.* 8.
n *Apoc.* 4.
Solitudo bonis optima, malis peſſima.
o *Exod.* 16. & *Num.* 14
p 2. *Tim.* 3.
q *Rom.* 2.

tiam ſuam & cor impœnitens
theſaurizant ſibi iram. An
a Iacob.1. [a] putatis quod inaniter ſcri-
b Gen.2. ptura dicat, non [b] eſt bonum
eſſe hominem ſolum, & rur-
c Eccl.4. ſum, [c] væ ſoli quia cum ceci-
derit non habet ſubleuantem?
d 1.Cor.7. Si in [d] ea vocatione in qua vo-
catus fueram, permanſiſſem,
e Baruch 4. habitaſſem vtique [e] in pace
ſuper terram: & profectus [f]
f Tim.4. meus manifeſtus eſſet omni-
g 1.Petr.2. bus qui ex [g] bonis operibus
me conſiderantes glorifica-
rent Deum in die viſitationis.
h Iere.45. Verè [h] addidit Dominus do-
lorem dolori meo, & conſci-
i Iob 6. dit [i] me vulnere ſuper vul-
k Iudic.17 nus. Quia [k] enim volui pere-
grinari vbicumque mihi vtile
l Malac.3. eſſe proſpicerem: non [l] ſo-
lum nullum emolumentũ ha-
bui quod ambulaui triſtis co-
m Iacob.2. ram Domino; ſed inſuper [m]
nudus ſum & indigeo victu
n Iſaia 3. quotidiano: cum [n] non ſit in
domo mea panis neque veſti-

mentum. Quis [a] mihi det vt sim iuxta menses pristinos? quando secretò Deus erat mecum: in tabernaculo meo: quando [b] plorans plorabam in nocte, & dirigebatur [c] oratio mea sicut incensum in conspectu Dei.

a Iob 29.
b Thren. 1. & Iere. 19.
c Psal. 140.

Itaque [d] de cætero nemo mihi molestus sit dicens quod leuitate [e] vsus sum: & quod cogito secundum carnem cogito: si reuertar [f] in domum meam vnde exiui quia prorsus [g] melius mihi erat tunc magis quam nunc. An [h] solitariorum Deus tantum? Nonne & omnium? Certe diues [i] est in omnes qui inuocant illum, & nihil [k] odit eorum quæ fecit, cum sint miserationes [l] eius super omnia opera eius, & æqualiter [m] sit ei cura de omnibus. Domini [n] est terra & plenitudo eius: Ita vt [o] neque Hierosolymis neque in monte hoc tantummodo

d Galat. 6. Tentatio diabolica.
e 2. Cor. 1.
f Luc. 11. & Mar. 12.
g Osee 2.
h Rom. 3.
i Rom. 10.
k Sap. 11.
l Psal. 144.
m Sap. 6.
n Psal. 14.
o Ioan. 4.

a Psal. 102. adoretur pater sed [a] in omni loco dominationis eius, qui b Cor. 6. [b] adhæret Domino, vnus spiritus est cum eo. Cæterum c Tim. 4. hæc corporalis [c] exercitatio ad modicum vtilis est, quamuis per eam nonnulli frustra arbitrentur [d] obsequium se d Ioan. 16. præstare Deo. Pietas [e] autem e Tim. 4. & deuotio ad omnia valet promissionem habens vitæ f Prou. 5. quæ nunc est & futuræ [f]: nam in dextera eius longitudo vitæ, in sinistra autem illius diuitiæ & gloria. Porro [g] si ie- g Luc. 18. iunauero bis in sabbato: & h 1. Cor. 8. non [h] comedam carnem inæternum, & studuero quasi i Isaiæ 53. circulum [i] contorquere caput meum, ac saccum & cilik Ioel. 2. cium sternere: nunquid qui [k] scindere corda & non vesti- l 1. Tim. 4. menta præcepit, qui [l] creauit omnia ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus: m Isa. 58. nunquid [m] vocabit hoc ieiunium acceptabile Domino?

Dolus Diaboli vt carni seruiatur non Deo.

Etiam

Etiam [a] si tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem & deuotionem non habuero nihil mihi prodest, quia cor [b] durum male habebit in nouissimo! Sed beati [c] qui lugent: ascensiones [d] in corde suo disponentes in valle lachrymarum, quoniam Dominus [e] post lachrymationem & fletum exultationem infundet [f]: abstergens omnem lachrymam ab oculis eorum.

a 1. Cor. 13.
b Eccli. 3.
c Matth. 5.
d Psal. 83.
e Tobiæ 3.
f Apoc. 7.

CAPVT IV.

In quarto Capite reprehenditur Nouitius qui peccatum suum excusans vult facere mala vt veniant bona: videlicet reuerti ad priorem ordinem suum vbi non recte viuebat, vt habeat abundantiam lachrymarum: & ostenditur quomodo nonnunquam inanis sit lachrymarum frequentia. M.

HVcusque, mi frater, illa tua [g] perizomata se ex-

g Gen. 3.

tendunt quæ ex foliis ficus tibi inaniter consuisti, in similitudinē [a] præuaricatoris Adæ: vtique ad [b] excusandas excusationes in peccatis, vt [c] non appareat confusio nuditatis tuæ. Adam [d] vbi es? Noli [e] abscondere vt homo peccatum tuum, magis autem da [f] gloriam Deo: confitens atque indicans ei quid feceris, vt [g] confessionem & decorem indutus, amiciaris lumine sicut vestimento. O [h] si scires donum Dei, cuius [i] deliciæ sunt cum filiis hominum, qui sponte confitentur [k] aduersum se iniustitiam suam Domino. Cur [l] ergo inuoluens sententias sermonibus imperitis, occasionem [m] quæris volens recedere ab amicis qui tam humanè [n] vulneribus tuis infuderunt oleum & vinum, ita vt si [o] fieri potuisset oculos suos eruissent & dedissent tibi? Si [p] laueris te nitro & multiplicaueris tibi

a Rom. 5.
b Psal. 140.
c Apoc. 3.
d Gen. 3.
e Iob. 31.
f Iosue 7.
g Psal. 103.
h Ioan. 4.
i Prou. 8.
k Psal. 31.
l Iob. 38.
m Prou. 17.
n Luc. 10.
o Gal. 4.
p Iere. 2.

herbam borich, & narraueris [a] si quid habes vt iustificeris, frustra [b] componeris. Non [c] secundum visionem oculorum iudicabit Dominus. Ipse [d] nouit abscondita cordis, & idcirco [e] non opus est ei vt testimonium perhibeat quis de homine. Et quomodo [f] tu existimas: quia tu effugies iudicium Dei aut [g] decipietur vt homo tuis fraudulentiis? quandoquidem [h] conscientia tua super [i] hoc diiudicatur ab omnibus: conuincitur ab omnibus.

Enimvero si perseueraueris confirmare sermonē & conuersus [k] fueris in arcum prauū: eris subsannatio [l] & illusio his qui in circuitu tuo sunt, omnibus clamantibus quod frons [m] meretricis facta sit tibi, nec [n] Deū times nec hominem reuereris. Vtinam [o] saperes & intelligeres, de quibus [p] loqueris & de quibus affirmas, per quæ [q] in superbia & in abusione

a *Isaiæ* 4.
b *Iere.* 4.
c *Isaiæ* 11.
d *Psal.* 42.
e *Ioan.* 2.
f *Rom.* 2.
g *Iob.* 13.
h *Eccl.* 7.
i 1. *Cor.* 14.
k *Psal.* 77.
l *Psal.* 78.
m *Iere.* 3.
n *Luc.* 18.
o *Deut.* 32.
p *Tim.* 1.
q *Psal.* 30.

a Iere. 2. frustra [a] niteris ostendere bonam vitam tuam.

b 1.Cor. 13. At cum [b] esses paruulus non mirùm si sapiebas aut loquebaris vt paruulus: siquidem

c Prou. 1. paruuli [c] diligunt infantiam & ea quæ sibi noxia sunt, cu-

d Hebr. 5. piunt. Nunc vero cum [d] exercitatos habeas sensus ad discretionem boni & mali, insu-

e 2. Tim. 3. per [e] sacras litteras ab infantia

f Iere. 10. didiceris: mirum [f] imo opus risu dignum est, quod malum

g Mich. 7. [g] manuum tuarum dicis bonū:

h Psal. 49. ęstimans [h] iniquè quod Deus

i Psal. 118. erit tibi similis, qui [i] omnem

k Act. 26. viam iniquam odio habuit.

Scriptura sacra non est nostro sensui accommodanda.

Vereor ne multæ [k] litteræ ad insaniam te conuertant & te [l] seduxerit qui consiliarios adducit in stultum finem: quippe

l Iob 12.

m Psal. 49. qui tam inaniter accipis [m] testamentum Dei per os tuum,

n 2. Cor. 4. adulterans [n] verbum Dei. Re-

o Isaia 46. di [o] ergo ô præuaricator, redi

p Tim. 2. ad cor & audi Doctorē [p] gentium in fide & veritate [q] hic

q Act. 9.

dicet tibi quid te oporteat facere. Puto [a] enim quod & ipse spiritum Dei habeat: viam [b] Dei in veritate docens. Et non [c] sicut blasphemamur, inquit, & sicut aiunt quidam nos dicere: faciamus mala: vt veniant bona: quorum damnatio iusta est. Nunquid [d] & tu imitari vis linguam blasphemantium, & dicas pax [e] mihi erit ambulabo in prauitate cordis mei: eo quod [f] non sit melius quam comedere & bibere & ostendere bona animæ suæ: quoniam hoc donum de manu Dei est. [g] Si enim ea quæ destruxisti iterum reædificas hac videlicet ratione: vt vbi [h] abundabit delictum superabundet & gratia: nonne [i] & tu de illis es? Verè enim si tu qui nunc in croceis [k] versaris rursum amplecti vis stercora: vt sint [l] lachrymæ panes die ac nocte tibi: non [m] egemus aliis testibus, sed os tuum [n] te con-

a Cor. 7.
b Matt. 22. & Marc. 12 & Luc. 20.
c Rom. 4.
d Iob 15.
e Deut. 29.
f Eccl. 2.
g Gal. 2.
h Rom. 5.
i Matt. 26.
k Thren. 4.
l Psal. 41.
m Mat. 26
n Iob. 12.

a Rom.3. demnabit quia [a] vis facere mala vt veniant bona. Ex quo ergo beatos [b] dicimus arrogantes, & bene [c] est omnibus qui præuaricantur & inique aiunt permaneamus [d] in peccato vt gratia abundet. Ducamus [e] in bonis dies nostros, & non prætereat [f] nos flos temporis. Quandoquidem iuxta sensum tuum [g] omnis qui malum facit, bonus est in conspectu Dei: & tales ei placent, dummodo studeant [h] lachrymis rigare pedes eius. Surge [i] qui dormis, surge frater & illuminabit te Christus, inungens [k] collirio oculos tuos vt videas, quia persuasio [l] hæc non est ex eo qui te vocauit. Caro [m] & sanguis reuelauit hoc tibi illo, mediante cuius inuidia [n] mors intrauit in orbem terrarum qui [o] non venit nisi vt furetur & mactet & perdat.

b Malac.3. c Iere.12. d Rom.6. e Iob.31. f Sap.2. g Mal.2. h Luc.7. i Ephes.5. k Apoc.3. l Galat.5. m Mat.14. n Sap.2. o Ioan.10.

p Gen.31. Esto. Ad [p] tuos ire cupis: desiderio tibi est domus prio-

ris ordinis tui vt dulcius sapias
[a] quæ sursum sunt, flens [b] lar- a Colloss. 3.
giter coram Domino. Si ergo b 1. Reg. 1.
vt confidis, deduxerint oculi
[c] tui lachrymas per diem & c Iere. 9.
noctem, ita vt facies [d] tua in- d Iob. 16.
tumescat à fletu, & [e] gustaue- e Hebr. 6.
ris bonum Dei verbum parti-
ceps effectus Spiritus Sancti:
certus esto quod pro [f] his om- f Eccle-
nibus adducet te Deus in iu- siast. 11.
dicium: quia cui [g] multum g Luc. 12.
donatum est multum queretur
ab eo. Etenim si post [h] acce- h Hebr. 6.
ptam notitiam veritatis prola-
psus fueris faciens [i] ea quæ nõ i Rom. 1.
conueniunt: iam [k] scito præ- k Gen. 15.
noscens quod prodiet ex [l] adi- l Psal. 72.
pe iniquitas tua. Ponesqve [m] m Psal. 108
aduersus Deum mala pro bo-
nis, & odium pro dilectione
sua. Porro [n] vnus ædificans n Eccl. 34.
& vnus destruens quid prodest
illis nisi labor? Vis [o] autem o Iacob. 2.
scire, ô homo inanis quod fi-
des sine operibus etiam mul-
tum lachrymans otiosa est.

a Dan. 10. Audi quid super hoc [a] expressum est in scriptura veritatis
b Sap. 6. quæ sicut non [b] veretur magni-
c Exod. 23. tudinem cuiusquam, ita nec [c] pauperis miseretur in iudicio.
d Colloss. 2. Chirographum [d] decreti quod est contrarium tibi illic repe-
e Deut. 21. ries, vt sit [e] tibi contra te in testimonium: & vltra excusa-
f Ioan. 15. tionem [f] non habeas de pec-
g Ecclesiastici 34. cato tuo. Qui [g] baptizatur à mortuo, inquit, & iterum tangit mortuum: quid proficit lauatio eius? Sic homo qui ieiunat & deflet pro peccatis suis: & iterum eadem faciens quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet?

Inania sũt signa pœnitentiæ nisi vera sit conuersio in corde.

h Apoc. 19. Hæc [h] verba Dei vera sunt: quæ si attenderent [i] operientes
i Malach. 2. altare Domini lachrymis fle-
k Luc. 18. tu & mugitu: non [k] in se confiderent tanquam iusti: sed po-
l Joan. 5. tius timerent ne [l] deterius ali-
m Prou. 27. quid eis contingeret. Qui [m] enim auertit aurem suam ne audiat legem Domini: oratio

eius erit execrabilis nec [a] ponet Dominus lachrymas eius in conspectu suo, quippe qui [b] Spiritui gratiæ contumeliam fecerit qui in eum flare [c] dignatus est vt fluerent aquæ.

a Psal. 40. & 15.
b Hebr. 10.
c Psal. 47.

CAPVT V.

In quinto Capite docet quomodo dona Dei propter abusum eorum in perniciem homini interdum vertuntur.

AD hæc fortassis tumens [d] cum iurgio dicis. No. Quid [e] blasphemor pro eo quod gratias ago super datum [f] optimum & donum perfectum quod descendit à patre luminum? Ecce [g] promisit qui non mentitur Deus, quia [h] auferet cor lapideum de carne nostra, & dabit nobis cor carneum: vt conuertatur [i] duritia captiuitatis nostræ sicut torrens in austro. Quare [k] ergo

d Gen. 31.
e 1. Cor. 10.
f Iacob. 1.
g ad Tit. 1.
h Ezec. 11.
i Psal. 125.
k Rom.

diuitias bonitatis Dei contemnis, dicens: quod modicam [a] habet virtutem cuius capiti [b] dedit Deus aquam & oculis suis fontem lachrymarum? *M.* Scio [c], fili mi, scio. Non [d] abiicio gratiam Dei, nec dico: mensa Domini [e] despecta est: cum viscera [f] eius plena sint adipe: & adeo panis [g] eius cōfirmet cor hominis: vt omnia [h] quæ desiderantur huic non valeant comparari. *No.* Quid [i] ergo amplius est deuoto quā duro? aut quæ vtilitas compunctionis? *M.* Multum per omnem modum: si tamen in [k] mente habeat qualiter acceperit & audierit vt cum [l] Dominus qui dedit vnicuique secundum propriam virtutem, venerit: probet quod [m] gratia sua in eo vacua non fuit. Nunquid enim inueniet [n] pœnitentiæ locum: quamquam cum lachrymis inquirat eum, si vultus [o] eius fuerint in diuersa

a *Apoc.* 3.
b *Iere.* 9.
c *Gen.* 48.
d *Galat.* 2.
e *Malac.* 1.
f *Iob.* 21.
g *Psal.* 103.
h *Prou.* 3.
i *Rom.* 3.
k *Apoc.* 3.
l *Matt.* 25.
m 1. *Cor.* 15.
n *Hebr.* 12.
o 1. *Reg.*

mutati: tanquam canis [a] reuersus ad suum vomitum? Aut quid proficit lachrymis [b] lauisse pedes suos, si iterum inquinauerit illos: vt rursum [c] exultet in rebus pessimis, cum omnis [d] talis exultatio maligna sit? Quàm verendum ne dederit ei Deus [e] spiritum compunctionis, oculos vt non videat, dicaturque de eo: curauimus [f] Babylonem & non est sanata: quia [g] scilicet ad tempus credidit & in tempore tentationis recessit. Sane nemo [h] se seducat, dicens se esse [i] aliquem magnum cum acceperit à Deo, qui implet omne [k] animal benedictione: vt [l] sit initium aliquod creaturæ eius. Cum [m] enim Deus pater solem suum oriri faciat super bonos & malos, ita [n] vt non sit qui se abscondat à calore eius: non in hoc cuiquam reposita [o] est corona iustitiæ quod aliquid boni cepit [p] ædificare: nisi

a 1. Petr. 2.
b Cant. 5.
c Prou. 2.
d Iacob. 4.
e Rom. 11.
f Iere. 20.
g Luc. 8.
h 1. Cor. 3.
i Galat. 6.
k Psal. 144.
l Iacob. 1.
m Matt. 5.
n Psal. 18.
o 2. Tim. 4.
p Lucæ 14.

potuerit consummare.

a 1. Joan. 3. Inter superbos & pigros graditur Dei gratia. Itaque [a] non potest homo quicquam accipere nisi fuerit ei datum de cœlo: sed oportet vt simus sollicitudine [b] non pigri, vt [c] quodcumque potest manus nostra, instanter operemur: ne talentum [d] datum à Domino abscondamus in terra. Atque vtinam sicut veraciter in voce [e] exultationis & confessionis dicimus Deo, omnia [f] opera nostra operatus es nobis: ita obediamus [g] ex corde in eam formam doctrinæ qua dicitur; hortamur [h] vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Vtinam non inueniatur nobis donum quod [i] ad vitam, hoc esse ad mortem: si (quando absit) postquam senserimus [k] de Domino in bonitate, & cibauerit [l] nos ex adipe frumenti, non [m] sicut Deum glorificauerimus aut gratias egerimus: sed quasi confidentes quòd [n] misericordia Do-

b Rom. 12.
c Eccl. 9.
d Matt. 25.
e Psal. 41.
f Isa. 26.
g Rom 6.
h 2. Cor. 6.
i Rom. 7.
k Sap 1.
l Psal. 88.
m Rom. 1.
n Psal. 32.

mini plena eſt terra, rurſum
ambulauerimus [a] vias non bo- a *Iſaiæ* 45.
nas & poſt peccata noſtra. Pa-
nem [b] quidem Angelorũ man- b *Pſal.* 77.
ducat homo aliquando, ſed væ
ei ſi panis [c] illius in vtero eius c *Iob* 20.
vertatur in fel aſpidum intrin-
ſecus, ſicut & illis qui auerſi
[d] ſunt cordibus ſuis in Ægy- d *Act.* 7.
ptum: qui ſemper reuertebantur
[e] dum ambularent, quorum e *Ezec.* 1.
cadauera [f] proſtrata ſunt in f *Hebr.* 3.
deſerto: in exemplum [g] iuſti g 2. *Theſſ.* 1.
iudicij Dei. Non enim illis
profuit manducaſſe [h] panem h *Sap.* 6.
de cœlo omne delectamentum
in ſe habentem: pro eo quod
obliti [i] ſunt benefactorum Dei i *Pſal.* 77.
& mirabilium eius quæ oſten-
dit eis, & tanquam animales [k] k *Iudæ.*
ſpiritum non habentes ſola
[l] quæ carnis ſunt ſaperent. l *Rom.* 8.
Hinc eſt quod poſt [m] buccel- m *Ioan.* 13.
lam à Domino Iudæ traditam
introiuit in eum Satanas: vt
nouerint qui [n] dereliquerunt n *Iſa.* 1.
Dominum abalienati retror-

a *Iere.11.* ſum: quod carnes [a] ſanctæ auferunt à nemine malitias ſuas.

b *Rom.9.* Verum cum diu [b] ſuſtinuerit in multa patientia, vaſa iræ
c *Luc.6.* apta in interitum, qui [c] benignus eſt ſuper ingratos & malos: tandem vſque ad nouiſſimum quadrantē repetet [d] quod
d *Luc.12.* & *Matt.5.*
e *Matt.25.* ſuum eſt cum vſura, nec [e] relinquet in eis lapidem ſuper lapidem: eo quod non cognouerint tempus viſitationis ſuę.
f *Luc.19.* & *Mat.24.* & *Mar.13.* Terra [f] enim venientem ſuper ſe bibens imbrem & generans herbam optimam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Proferens autem ſpinas & tribulos reproba eſt & maledicto proxima: cuius conſummatio in combuſtionem.

Non ſunt dona Dei reſpuenda ſed ne reſpuantur eſt orandus.

g *Hebr.6.* Quid [g] enim debuit illis facere & non fecit: qui [h]
h *Iſa.5.* proprio filio non pepercit ſed pro eis tradidit illum, & tamen
i *Rom.8.* quaſi [i] de induſtria receſſerunt
k *Iob.34.* ab eo: ſcientes [k] voluntatem Domini ſui & non facientes,

vt inueniatur [a] iniquitas eorum ad odium. Vide [b] ergo bonitatem & ſeueritatem Dei: in eos quidem qui cum [c] ſpiritu cœperint, carne conſummarunt ſeueritatem: in te autem bonitatem ſi provt [d] velle cœpiſti ab anno priore ita ex nunc facto perfeceris vt [e] oblitus quæ retro ſunt ad anteriora fideliter te extendas. Alioquin [f] & tu excideris, [g] omneſque iuſtitiæ tuæ non recordabuntur, eo quod caudam [h] cum capite in ſacrificio tuo non obtuleris, perſeuerando [i] ſcilicet vſq; in finem vt ſaluus fieres. Et [k] quidem ſatis iuſte: quippe qui tandem [l] neglexeris ſalutem. Vnde & diuitias [m] quas deuoraſti, euomes, & de ventre tuo extrahet eas Deus, & derelinqueris [n] ſicut vmbraculum in vinea: & ſicut tugurium in cucumerario. Et videns [o] quid ſit inter ſeruientem Domino & non ſeruientem ei;

a Pſal 35.
b Rom. 11.
c Gal. 3.
d 2. Cor. 8.
e Philip. 3.
f Rom. 11.
g Ezec. 18.
h Leuit. 3.
i Matt. 10.
k 2. Maccabæor. 9.
l Hebr. 2.
m Iob. 20.
n Iſa. 1.
o Malac. 3.

a Deut. 31. dices, verè [a] quia Dominus non est mecum, inuenerunt me mala ista. quoniam melius fuisset viam [b] veritatis non agnoscere quam post agnitam retroire.

b 2. Petr. 2.

CAPVT VI.

In sexto Capite optat Nouitius redire ad priorem religionem, vbi versabatur inter multos: vt sit multis in exemplum: sed ostenditur per hoc se magnis, & multis committere periculis.

c Rom. 8.
d Eccli. 4.

QVid [c] ergo dicemus ad hæc? Accedens [d] ad seruitutem Dei stabisne in iustitia & timore præparans animam tuam ad tentationem? an [e] permanebis in peccato vt gratia abundet? *No.* Non [f] cogitaui hoc nec [g] ascendit super cor meum (iniquitas) vt [h] qui mortuus sum peccato adhuc viuam in illo, & relinquens iter rectum ambulem per vias tene-

e Rom. 6.
f Iere. 7.
g Iere. 3.
h Rom. 6.
Nouitij verba seu solitæ serpentis technæ.

tenebroſas. Abſit [a] hoc à me, a *Prou.2.*
vt configuratus [b] prioribus b *1.Reg.2.*
ignorantiæ deſideriis : ſeruiam c *1.Petr.1.*
denuo operibus [c] duris luti &
lateris : ſicut [d] & gentes quæ d *Exod.1.*
ignorant Deum. Magis au- e *Theſſ.4.*
tem ambulans [e] in via imma-
culata, æmulabor [f] chariſmata f *Pſal.100.*
meliora: incedendo [g] in omni- g *1.Cor.12.*
bus mandatis & iuſtificatio-
nibus Domini ſine querela.
Cum [h] enim reuerſus fuero h *Luc.1.*
proſperè [i] in domum patris mei, i *Gen.28.*
ſuper [k] cuſtodiam meam ſta- k *Abac.2.*
bo : & diligenter obſeruabo
[l] me ab iniquitate mea, abiiciẽs l *Pſal.17.*
[m] opera tenebrarum & induens m *Rom.13.*
arma lucis. Nam ſecundum
[n] exemplar quod mihi in mon- n *Exod.25.*
te hoc monſtratum eſt, plura
faciam, & erunt opera [o] mea o *Apoc.2.*
nouiſſima plura prioribus: ita
vt [p] omnis plebs, videns det p *Luc.18.*
laudem Deo. Vnde [q] & fra- q *Theſſ.2.*
tres noſtri à quibus deſolatus
fui ad tempus ore & aſpectu
non corde, cum viderint quod

a Galat. 1. is[a] nunc euangelizat & obseruat regulam quam aliquando oppugnabat: In me clarificabunt Deum, qui in [b] omnibus
b ad Tit. 2. præbuit me ipsum exemplum bonorum operum. Nonne melius est lucernam [c] accensam
c Matth. 5. ponere super candelabrum quam sub modio? cum[d] sapientia abscondita & thesaurus
d Eccli. 20. inuisus nemini prosint. Cæterum quoniam sunt qui confitentur [e] se nosse Deum, factis
e ad Tit. 1. autem negant, & alligantes [f] onera grauia imponunt in humeros hominum, digito autem
f Matt. 23. suo nolunt ea mouere, dabo [g] voci meæ vocem virtutis: sicut cœpit [h] Iesus facere & docere: & sic prouocabo eos ad meliora [i] & viciniora saluti non verbo [k] neque lingua sed opere & veritate.
g Psal. 67. h Act. 1. i Iere. 6. k 1. Ioan. 2.

M. Eya frater nonne qui de vino [l] Babylonis meretricis magnæ inebriat omnes gentes: primum [m] bonum vinum
l Apoc. 17. m Ioan. 3.

ponit: & cum inebrietati fuerint tunc id quod deterius est. Et nunc quidem ad te [a] blande ingreditur: sed nouissime mordebit vt coluber. An ignoras [b] quod non sit similis ei in augurandi scientia: quippe qui callidior [c] est ceteris animantibus? vel credis quod verba [d] eius fidelissima & vera sint, cum in veritate [e] non steterit: sed mendax sit & pater eius. Proponit tibi [f] quæcunque iusta: quæcunque sancta: quęcunque amabilia: quæcunque bonæ famæ vt scilicet cum fueris huius boni concupiscentia [g] abstractus & illectus: propinet tibi [h] fel draconum & venenum aspidum insanabile. Molitur quippe princeps [i] mundi huius illuc reuerti vnde eiectus est foras: secum adiunctis septem [k] aliis spiritibus nequioribus se, vt cum impleti [l] fuerint extranei viribus tuis, abeas [m] absque vlla fortitudi-

Serpentis detegitur calliditas.
a *Prou.* 23.
b *Gen.* 44.
c *Gen.* 3.
d *Apoc.* 22.
e *Ioan.* 8.
f *Philip.* 4.
g *Iacob.* 1.
h *Deut.* 32.
i *Ioan.* 12.
k *Luc.* 22.
l *Prou.* 5.
m *Thren.* 1.

ne ante faciem subsequentis,
a Luc. 11. & tandem fiant [a] nouissima
tua peiora prioribus. O si re-
b Deut. 28 duceret [b] te Dominus classi-
bus in Ægyptum, permittens
c 1 Cor. 10. [c] te tentari supra id quod po-
d Psal. 6. tes, vt diceret inimicus [d] tuus,
præualui aduersus eum: quo-
e Cor. 6. modo dimicares per arma [e] iu-
stitiæ à dextris & à sinistris? Et
f Iob 41. quidem non [f] est potestas su-
per terram quæ tuo compare-
g Prou. 7. tur aduersario: qui multos [g]
vulneratos deiecit & fortissimi
quique interfecti sunt ab eo:
h 1. Reg. 17. vt merito quicunque [h] audierit
& Iudic. 3. tinniant ambæ aures eius. Tu
i Psal. 68. autem non didicisti [i] certare
cum hostibus: nec habes con-
suetudinem præliandi, & insu-
k 1. Reg. 17. per infirmata est in [k] pauper-
& Iudic. 3. tate virtus tua: & elanguit cor
tuum nec remansit in te spiri-
tus. Si enim quispiam vel leui-
ter subsannauerit [l] te subsan-
l Psal. 30. natione: illico rapitur cor [m]
Psal. 34.
m Thess. 2. tuum in ira & disceptatione,

ſicut puluis [a] quem proiicit ventus à facie terræ. Quomodo ergo poſſes tibi complacere [b] in infirmitatibus, in contumeliis, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto? Non ſolum autem: ſed à ſagitta [c] volante in die perfacile tranſfigeris. halitus [d] quoque illius qui prunas ardere facit, leuiter euertet, [e] ſenſum tuum: vt non videas cœlũ [f] ſed oculos tuos ſtatuas declinare in terram. Intelliges [g] quę dico dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Ecce enim repetis [h] ſcientiam tuam à principio: & æmulator [i] exiſtens paternarum tuarum traditionũ, pergis ad tuos, obſeruaturus de bonis operibus modicum ibi modicum [k] ibi: mundando [l] (vt multùm) quod deforis eſt calicis & paropſidis.

a Pſal. 1.
b 2. Cor. 12.
c Pſal. 90.
d Iob. 41.
e Dan. 13.
f Pſal. 16.
g 2. Tim. 2.
h Iob. 36.
i Galat. 1.
k Iſaiæ 28.
l Matt. 23.

Quàm ergo verendum eſt vt de cœteris ſcãdalis ([m] quæ iuxta iter ſcandalum poſuerunt

m Pſ. 140.

tibi) interim ſileam : ne tanquam rudis [a] & corde pauido, inter infamiam [b] & bonam famam, excidas [c] à propria firmitate. Prorſus timeo ne dicentibus aliis de te quia bonus eſt [d] aliis autem non; ſed ſeducit turbas: quippe qui [e] omnia opera ſua facit vt videatur ab hominibus. Timeo, inquam, ne inueniaris arundo [f] vento agitata: tanquam vir [g] duplex animo & inconſtans in omnibus viis tuis. Etenim ſi ab homine [h] claritatem acceperis, & caput [i] tuum impingauerit oleum peccatoris: protinus repleberis [k] conſolatione & ſuperabundabis gaudio in omni tribulatione tua : quia diem [l] hominis non deſiderare nondum potes. Quod ſi forte ab hominibus blaſphemetur [m] bonum tuum, & loquuti [n] fuerint aduerſum te lingua doloſa, confeſtim turbabitur [o] in ira oculus tuus; nam operiet

a 2.Pa.13. b 2.Cor.6. c 2.Petr.3. Scopuli ad quos alliduntqui votum religionis relinquunt. d Ioan.7. e Matt.22. f Matt.11. g Iacob.1. h Ioan 5. i Pſal.140. k 2.Cor.7. l Ierem.17. m Rom.14 n Pſal.108 o Pſal.143.

confusio faciem tuam: & erubesces [a] valde velociter. Et si [b] parua sunt ista, addere, tibi possem multo maiora: quia reuera sunt & alij funes [c] quos extenderunt in laqueum, qui [d] quærunt animam tuam vt auferant eam. Sed vt non [e] loquatur os meum opera hominum: nolo parietem [f] fodere, sciens quod defecerunt [g] scrutantes scrutinia.

a Psal. 30.
b Psal. 6.
c 2. Reg. 12.
d Psal. 39.
e Psal. 39.
f Psal. 16.
g Ezech. 8. Psal. 63. Ezech. 8.

Cæterum qualia introrsus depicta [h] sint in pariete per circuitum domus vndique tu videris [i]. Nam & fratres illi inter quos initiare [k] tibi viam nouam & viuentem disponis, quales [l] sint in facto præsentes: vel quales [m] aliquando fuerint, nihil mea interest. Seruum [n] alienum iudicare non debeo: suo Domino stat aut cadit. Hoc [o] scio à principio ex quo positus est homo super terram: quia qui cum sapientibus graditur, sapiens

h Matt. 27.
i Hebr. 10.
k 2. Cor. 10.
l Galat. 2.
m Rom. 14.
n Job 20.
o Prou. 13.
Si boni socij, boni sunt mores & è contra.

erit: amicus autem ſtultorum efficietur ſimilis. Et iterum
a Io. 15. [a] alia ſcriptura dicit. Cum [b]
b pſal. 17. ſancto ſanctus eris: & cum
peruerſo peruerteris. Si autem
c pſal. 31. in abundantia [c] virtutis tuæ
ſaluari putas, dicens. No. Cum
d pſal. 119. [d] his qui oderunt pacem ero
e Apoc. 2. pacificus, & habitans [e] vbi ſedes
eſt ſatanæ, non communi-
f Ioan. 2. cabo [f] operibus eius malignis:
g phil. 2. quinimo in medio [g] nationis
prauæ & peruerſæ, ero bonus
h 2. Cor. 2. [h] odor Chriſti Deo, ſicut [i] li-
i Cant. 2. lium inter ſpinas. M. Scito er-
k Eccleſiaſtici 3. go, quod qui [k] amat periculum
in illo peribit. Propter quod
l Matt. 10. præcepit [l] Dominus Apoſtolis
vt interrogarent quis eſſet dignus
in ciuitate vt manerent
apud eum, ſciens, quod cor-
m 1. Cor. 15. rumpant [m] bonos mores con-
n Ioan. 8. ſortia mala. Nunquid [n] tu ma-
ior es patre noſtro Enoch, qui
o Sap. 4. tranſlatus [o] eſt ne malitia mu-
taret mentem ipſius? Itaque
p Ezec. 2. ſi increduli [p] & ſubuerſores
fuerint

fuerint tecum, fuerisque [a] frater draconum & socius struthionum: primo quidem de [b] die in diem iniquis operibus tuam animam cruciabunt, eo quòd non communices infructuosis [c] operibus tenebrarum sed magis redarguas. Postea autem videns quod supra [d] vires tuas est negotium, & coneris [e] contra ictum fluuij, vane [f] & sine causa fortitudinem tuã consumens, paulatim corrumpentur [g] sensus tui & excident à simplicitate quæ est in Christo. Etenim spiritus [h] qui promptus est trahetur à carne infirma, & continuò [i] acquiesces carni & sanguini, ita vt commixtus [k] inter gentes discas opera eorum & seruias sculptilibus eorum, & sis [l] sine Deo in hoc mundo.

a Iob. 10.
b 2. Petr. 2.
c Ephes. 5.
d Exod. 18
e Eccle. 4.
f Isaiæ 49.
g 2. Cor. 11.
h Matt. 26
i Galat. 1.
k Psal. 113.
l 1. Eph. 2.

CAPVT VII.

In septimo Capite petit Nouitius edoceri quare deuotior Deo in priori ordine fuerit quàm nunc sit & de occulto super hoc iudicio Dei.

SEd hic quoque iustificationem [a] tuam quam cepisti tenere non desinis, dicens. No. Iustus [b] quidem tu es si dispuțem tecum, verumtamen sustine me: adhuc [c] enim loquar paululùm & respirabo, si forte intelligat Dominus super [d] egenum & pauperem, & perueniat [e] ad victoriam iudicium meum. Quid itaque causæ [f] est quod priora tempora meliora fuere quam nunc sint: cum olim quidem dormiens [g] silerem, & somno meo requiescerem sub [h] vmbra illius quem desiderabam, sedebã: nunc vero solum [i] mihi superest sepulchrum, quia tribulatio [k] & angustia inuenerunt me: labor & dolor [l]

a Iob. 27. b Iere. 12. c Iob. 32. d Psal. 40. e Iob. 23. f Eccle. 7. g Iob. 3. h Cant. 2. i Iob. 17. k Ps. 118. l Eccl. 1.

& afflictio spiritus. Certe cum
dudum ſederem [a] in tenebroſis [a Pſal. 87.]
& in vmbra mortis, vbi abun-
dante [b] iniquitate refrigeſcit [b Matt. 24.]
charitas multorum frequen-
ter, pro vt [c] ſupra ſcripſi in bre- [c Epheſ. 3.]
ui, concaluit [d] cor meum intra [d Pſal. 38.]
me, & igne [e] illo quem Domi- [e Luc. 12.]
nus venit mittere in terram, ar-
dens [f] erat cor meum dum lo- [f Luc. 24.]
queretur mihi Ieſus in via. At
ex quo cepi ambulare [g] in me- [g Ezec. 28.]
dio lapidum ignitorum, vt exē-
plo [h] diſcerem diſciplinam: & [h Prou. 24.]
eſſet charitas mea ſicut lampa-
des [i] ignis atque flammarum, [i Cant. 8.]
væ væ percuſſit [k] me Dominus [k Deut. 8.]
egeſtate, febre & frigore, ſed à
facie [l] frigoris huius quis ſuſti- [l Pſ. 147.]
nebit? Super hoc expauit [m] cor [m Iob. 37.]
meum, quia videtur diligere
[n] odientes ſe: & odio habere [n 2. Reg. 19.]
diligentes ſe. Putabam enim
quod cogitaret [o] cogitationes [o Iere. 29.]
pacis & non afflictionis: & ec-
ce ſcribit [p] contra me amaritu- [p Iob. 13.]
dines, & idcirco ingreſſus [q] eſt [q 3. Reg. 17]

ad me vt rememorentur ini-
quitates meæ. Igitur si adhuc
a Iob.36. [a] habes quod pro Deo loquaris
& operatorem tuum vis pro-
b Iob.36. bare iustum: indica [b] mihi si ha-
bes intelligentiam, quanam ra-
c Iob.9. tione de pœnis [c] innocentum
b Iob.13. rideat, contra [d] folium quod
vento rapitur ostendens po-
e Iob.6. tentiam suam; quia [e] nec forti-
tudo lapidum fortitudo mea,
nec caro mea ænea est.

f Amos 7. *M.* Si essem propheta [f], ô vir
g Psal.50. bone aut filius prophetæ, cui [g]
incerta & occulta sapientiæ
suæ manifestaret Deus, tanquã
h 2.Reg.23. auriculario [h] à secreto: certè
i Act.20. non [i] subterfugerem quo mi-
nus omne consilium Dei an-
k Dan.2. nuntiarem tibi. Sermo [k] au-
tem quem quæris grauis est.
l Iob.4. Nam [l] puteus altus est & in
quo hauriam non habeo: quia
m 4.Reg.4. [m] Dominus celauit à me & non
n Marc.4. indicauit mihi. Seorsum [n] au-
tem amicis disseruntur omnia:
o Dan.5. qui possunt [o] omne ligatum dis-

soluere, & in labiis [a] suis pro- a Psal.118.
nuntiare omnia iudicia oris
Dei. Itaque vbi clausi [b] signa- b Dan. 12.
tique sunt sermones: præce-
ptum [c] Domini non habeo cõ- c 1.Cor.7.
silium autem do. Et [d] si qui- d 2. Mach. 15.
dem bene & vt saluti tuæ com-
petit: hoc & ipse velim, cum
is [e] in cuius manu sumus, nos & e Sap.7.
sermones nostri, id præstiterit.
Sin autem, rogo [f] te habe me f Luc.14.
excusatum: quia & si factus [g] g 2.Cor.12.
sum insipiens, tu me coëgisti.
Nos [h] quippe inuoluimur te- h Iob.37.
nebris, & de proprio [i] loquen- i Ioan.8.
tes mendacium loquimur, cum
nemo cognouerit [k] sensum Do- k 1.Cor.2.
mini, nisi [l] cui voluerit filius l Rom.11.
reuelare. Ego itaque frater si
[m] multum haberem, abundan- m Isaiæ 7.
ter tribuerem, quod [n] autem n Matt.11.
habeo hoc tibi do: duo [o] scili- o Tob.4.
cet minuta more pauperis vi-
duæ in tuum mittens gazophi-
latium. Non solum enim qui p Act.3.
inebriat [p] ipse quoque inebria- q Luc.21.
tur, sed & qui dederit [q] cali- r Prou 11. s Matt. 9.

cem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam.

CAPVT VIII.

In octauo Capite comparatur profectus spiritualis luci quæ ab aurora fulgere incipit: & docetur quod veritatem agnitam debet homo humiliter confiteri.

a Rom. 11. b Gen. 1. DIco [a] ergo. Olim dum tenebræ [b] essent super faciem abyssi, & iamiamque vr-
c Psal. 68. geret [c] super te puteus os suum,
d Psal. 94. nisi [d] quia Dominus adiuuit te, paulominus habitasset in in-
e 2. Cor. 4. ferno anima tua. Deus [e] autem qui dixit de tenebris lumen
f Eccle. 37. splendescere: ostendit [f] tibi lucem miserationum suarum: &
g Psal. 70. de abyssis [g] terræ iterum te re-
h 2. Reg. 14. duxit: ne [h] penitus periret qui abiectus fuerat. Hinc est quod
i Tob. 6. cum in [i] tenebris sederes: & lumen cœli non videres: Domi-
k Psal. 42. nus emisit [k] lucem suam & ve-

ritatem suam: quasdam scilicet
primitias [a] spiritus quibus in- a Rom. 28.
tra te gemeres, quæ te deduxe-
runt [b] & adduxerunt in mon- b Psal. 42. Vis gratiæ & effectus describũtur infra.
tem sanctum suum & in taber-
nacula sua: vt interim haberes
[c] fructum tuum in sanctifica- c Rom. 6.
tionem: finem vero vitam ęter-
nam. Quod si imperfectum [d] d Psal 137.
tuum non vidissent oculi eius:
nec [e] compleuisset Deus opus e Gen. 2.
suum quod ceperat: quomo-
do ignis [f] semper arderet in al- f Leuit. 5.
tari tuo: cum esset [g] tibi ven- g Mat. 14.
tus contrarius? Profecto pal-
passes [h] sicut cœcus in meridie: h Isaia 5.
in tenebris [i] ambulans vsq; ad- i 11. Ioan. 2.
huc: cum vtique hi qui [k] quæ- k 2. Reg. 14.
rũt extinguere scintillam tuam
parati essent producere [l] ven- l Psal. 134.
tos de thesauris suis. Sed [m] quia m Deu. 32.
Dei perfecta sunt opera, impe-
rauit [n] ventis & mari, donec [o] à n Matt. 8.
scintilla vna augeretur ignis: o Eccli. 11.
& semita [p] tua quasi lux splen- p Prou. 4.
dens procederet & cresceret
vsque ad perfectum diem. Ve-

a Sap.11. rùm [a] quoniam omnia in pon-
dere & mensura & numero dis-
b Jere.10. ponuntur à Domino: nec [b] est
in homine via eius: vt dirigat
c Num.9. gressus suos, qui proficisci [c] non
potest per desertum donec nu-
bes eleuetur à tabernaculo: ad-
d Ioan. 12. huc [d] modicum lumen in te est.

e 1.Reg.18. Nam cum sis [e] vir pauper &
tenuis, nondum apprehendisti
f Coloss.2. omnes [f] diuitias plenitudinis
g Dan.12. intellectus vt doctus [g] fulgeas
quasi splendor firmamēti, Deo
h Hebr.11. pro [h] te aliquid melius proui-
dente: ne forte si semper pro-
i Psal.67. sperum [i] iter faceret tibi Deus
salutarium nostrorum, tu ad-
k Tim.3. huc Neophytus [k] in superbiam
elatus in iudicium & laqueum
l Exod.15. incideres diaboli, submersus [l]
quasi plumbum in aquis vehe-
mentibus. Nondum ergo ple-
m 2.Cor.4. nùm tibi fulget [m] illuminatio
euangelij gloriæ Christi: sicut
n Apoc.1. [n] lucet sol in virtute sua: sed
o Gen.48. caligantur [o] oculi tui, & clarè
videre non potes ipsum inte-

rius, vt ortum ſurgentis [a] auroræ. Paulatim vero aſpirabit dies [b] & inclinabuntur vmbræ vt qui nunc vides [c] homines velut arbores ambulãtes: Poſtea clare videas omnia & dicas, nox [d] præceſſit dies autem appropinquauit. Erit [e] autem tibi ſalus cũ incaluerit ſol: quoniam apparebit [f] tibi Dominus in ipſo feruore diei, qui implebit [g] ſplendoribus animam tuã: ita vt plenus [h] ſis oculis ante & retro & in circuitu & intus. At ſi quandoque in manibus [i] abſſconderit lucem, poſueritque [k] tenebras latibulum ſuum: nõ turbetur [l] cor tuum neque formidet: quamuis apertis [m] oculis nihil videas, ſciens quia cũ ſederis [n] in tenebris Dominus lux tua eſt. Ipſe quippe creans [o] tenebras & faciens malum præcipiet [p] luci vt rurſus adueniat, iterumque [q] ſolem nube teget: ſed cum præ fulgore [r] in cõſpectu eius nubes tranſierit,

a Iob. 3.
b Cant. 2.
c Marc. 8.
d Rom. 13.
e 1. Reg. 11.
f Gen. 18.
g Iſaiæ 58.
h Apoc 4.
i Iob. 36.
k Pſal. 17.
l Ioan. 14.
m Act. 9.
n Mich. 7.
o Iſa. 45.
p Iob. 36.
q Ezc. 38.
r Pſal. 17.

a Abac.3. illico ſplendor [a] eius vt lux erit.
b 2.Mac.15 Quia enim alternis [b] vti delectabile eſt: ſapientia Dei, quaſi
c Prou.8. [c] ludens in orbe terrarum dicit
d Ioan. 16. modicum [d] & non videbitis me
e Iob 7. & iterum modicum [e] & videbitis me, quia ſcilicet hominem
f Pſal. 31. [f] viſitat diluculo & ſubitò pro-
g Pſal.17. bat illum. Sed [g] noli fieri ſicut equus & mulus: quibus non
h Gen.19. eſt intellectus: Vt videatur [h]
i 1.Cor.1. tibi quaſi ludens loqui, cum [i] tamen ſtultum Dei ſapientius ſit hominibus.

Caue igitur cum Deus tuus illuminauerit tenebras tuas: ne
k Pſal.49. [k] cum adulteris animabus portionem tuam ponas: quæ ideo
l Iob.24. fuerunt [l] rebelles lumini: quia
m Ioan.12. diligendo [m] gloriam hominum, magis quam gloriam Dei, diſ-
n Iſa.57. cooperuerunt [n] iuxta Dominum ſuum ſuſcipientes adulte-
o 3.Reg.3. rum. Cum [o] ergo diligentius intuens clara luce deprehen-
p Luc.16. deris: quod ſis Lazarus [p] vlceribus plenus: non apprehen-

dat te confusio [a] adducēs peccatum vt dicas [b] Deo; recede à nobis: scientiam viarum tuarum nolumus. Ore [c] autem confessio fiat ad salutem: & veniens [d] ad lucem manifesta opera tua, nam qui [e] abscondit scelera sua, non dirigetur. Confessio [f] & magnificentia opus tuum, quod [g] te, oportet operari dum dies est, antequam [h] tenebrescant videntes per foramina. Confessio, vt sis accusator [i] tui ipsius in principio sermonis: magnificentia vero, vt repleatur [k] os tuum laude glorificando [l] Deum, quantumcunque potueris. Etenim soli [m] Deo honor & gloria: nos autem operiamur [n] sicut diploide, confusione nostra. Redde [o] ergo quæ sunt hominis homini: & quæ sunt Dei Deo. Sciens quod perditio tua ex [p] te, tantum in Deo auxilium tuum: & si quæ [q] placita sunt ei facies semper: tunc totum [r] corpus

a *Eccli.4.*
b *Iob.21.*
c *Rom.10.*
d *Ioan.4.*
e *Prou.28.*
f *Psal.90.*
g *Ioan.9.*
h *Eccl.12.*
i *Prou.18.* Malum à nobis, bonũ à Deo.
k *Psal.70.*
l *Eccle.43.*
m *1.Tim.1.*
n *Psal.108.*
o *Luc.20.*
p *Osee 13.*
q *Ioan 8.*
r *Matt.6.*

tuum lucidum erit & proficies
a 2.Cor.3. à claritate [a] in claritatem tanquam à Domini spiritu, ita vt
b Isa.40. non [b] occidat vltra sol tuus, & luna tua amplius nõ minuatur.

CAP. IX.

In nono Capite comparatur profectus spiritualis mulieri prægnanti, quæ licet cum delectatione conceperit, tamen cum gemitu & dolore parit.

c Prou. 1. ALiam quoq; animaduerte [c] parabolam & interpre-
d Rom.15. tationem, vt [d] per patientiam & cõsolationem scripturarum
e Psal.54. spem habeas, & salueris [e] à pusillanimitate spiritus & tem-
f Ioan.16. pestate. Mulier [f] cum parit, tristitiam habet quamuis ex semi-
g Sap.7. ne [g] hominis cum delectamento somni conuenientis conce-
h Luc.8. perit. Semen [h] est verbum Dei:
i Isa.26. à quo concipimus [i] vt pariamus spiritum salutis. Cum er-

go omnipotens [a] sermo Dei à regalibus sedibus ad hominem venerit; auditui [b] suo dabit gaudium & lætitiam: sed & in ore [c] eius erit tanquam mel dulce. At si deuoratus [d] fuerit & comestus: protinus amaricari faciet ventrem suum; quippe inuestigans [e] omnia secreta ventris: vt non [f] sit ibi vlla cogitatio inuisibilis in conspectu eius. Et præcauens [g] in futurum, ne forte veniat [h] diabolus & ipsum tollat de corde hominis, & nõ referat fructum: arguit, [i] obsecrat, increpat, vt non reuertatur [k] ad Deum vacuus: sed prosperetur in his ad quæ misit illum. Sciens autem maledictum [l] esse qui gladium suum prohibet à sanguine, tanquam durus [m] debellator omnia replet morte: interficiendo carnalia [n] desideria quæ militant aduersus animam, quod videns animalis [o] homo non percipiens ea quæ sunt spiritus

a *Sap.18.*
b *Psal.50.*
c *Apoc.10.* & *Ezec.3.*
d *Apoc.10.*
e *Prou.20.*
f *Hebr.4.*
g *Gen.6.*
h *Luc.8.*
i *2.Tim.4.*
k *Isa.55.*
l *Iere.48.*
m *Sap.18.*
n *1.Petr.2.*
o *1.Cor.2.*

a Ezec.21. Dei: ingemiſcit [a] in contritio-
b Ioan.6. ne lumborum dicens, durus [b]
c Gen.25. eſt hic ſermo. Si ſic [c] mihi fu-
turum erat quid neceſſe fuit
d Mat. 24. concipere: væ [d] prægnantibus
& nutrientibus in die iſta, quia
e 1 Cor.7. [e] tribulationem carnis habent
f Exod.33. huiuſmodi. Dum loqueretur [f]
mihi, ſicut ſolet homo loqui ad
amicum ſuum, videbatur mihi
g 1.Tim.1. fidelis [g] ſermo & omni acce-
ptione dignus: eo quod eſſent
h Pſal.118. dulcia [h] faucibus meis eloquia
eius ſuper mel ori meo. Nunc
i Iob.30. vero mutatus [i] eſt mihi in cru-
delem: & in duritia manus ſuæ,
aduerſatur mihi dicens.

k Eccle.18. Poſt concupiſcentias [k] tuas
non eas: quin potius abnega
l Luc.9. [l] temetipſum & tolle crucem
Opera nõ verba vult tuã & ſequere me. Quid [m] vocas
Dei verbũ me Domine, Domine, & nõ fa-
m Luc.6.
n Rom.2. cis quæ dico? cum non [n] audito-
res ſed factores legis iuſti ſint
apud Deum: nec aliunde bea-
o Luc.11. ti [o] ſint qui audiunt verbũ Dei;
niſi quia cuſtodiunt illud. Si

[a] gaudio gaudes propter vocẽ sponſi: qui[b] non quærit niſi vt fructificet ſemẽ Dei, vt omnes[c] ſint gemellis fœtibus: & ſterilis non ſit in eis, cur[d] ſuſcepto ſemine non vis parere maſculũ, vt poſſis [e] ſaluari per filiorum generationem? Ego [f] autem miſſus ſum ad te durus nuntius, quia ſi [g] vis ad vitam ingredi, oportet ſeruare mandata: & concordare [h] cum aduerſario tuo cito dum es cum eo in via, quoniam ad eum [i] venient: & confundentur omnes qui repugnant ei. Hæc [k] autem parabola temporis eſt inſtantis: ſi tamen audias [l] quid ſpiritus dicat Eccleſiis. Cernens enim Dominus qui generationẽ [m] cæteris tribuit, quod ventrem [n] ſine liberis & vbera arentia poſſideres: reſpexit auferre [o] opprobrium tuum inter homines: ne [p] appareres in cõſpectu ſuo vacuus. Exiit [q] itaque ſeminare ſemen ſuum: vt

a *Ioan.3.*
b *Mal.2.*
c *Cant.4.*
d *Leu.12.*
e *1.Tim.2.*
f *3.Reg.14.*
g *Mat.19.*
h *Mat.5.*
i *Iſa.45.*
k *Hebr 9.*
l *Apoc.2.*
m *Iſa.46.*
n *Oſee 9.*
o *Luc.1.*
p *Exod.23.*
q *Luc.8.*

a 1.Reg.2. ſterilis [a] pareret plurimos: &
b Pſal.1. fructũ ſuum [b] daret in tempore
ſuo. Vnde in priori monaſte-
c Iob.3. rio quaſi furtiuè [c] ſuſcepit auris
tua venas ſuſurrij Dei: & ani-
d Cant.5. ma [d] tua liquefacta eſt vt dile-
ctus locutus eſt.

e 2.Cor.9. Gratias [e] Deo ſuper inenar-
rabili dono eius: quia ſemen
f Luc.8. [f] cecidit in terram bonam: &
g Act.17. ſuſcepiſti [g] verbum cum omni
h 1.Theſſ.2. auiditate, non vt [h] verbum ho-
minum; ſed ſicut eſt vere ver-
i Iſa.55. bum Dei. Nam ſicut [i] imber
deſcendit de cœlo: & inebriat
terram, & infundit & germina-
k Pſal.44. re eam facit: ſic & flumen [k] Dei
quod repletum eſt aquis: plu-
l Pſ.47. uiam [l] voluntariam ſegregauit
m Gen.1. ariditati tuæ, vt produceret [m]
terra tua herbam virentem, li-
gnumque pomiferum faciens
fructum iuxta genus ſuum.
n Pſal.44. Confeſtim [n] autem in ſtillici-
diis eius lætatus es germinans:
o Pſal.35. vt inebriatus [o] ab vbertate do-
p Pſ.118. mus Dei, iurares [p] & ſtatueres
cuſto-

custodire iudicia iustitiæ eius.
Et exiens de vana [a] tua conuer- a 1. Petr. 1.
satione abiisti [b] amarus in in- b Ezec. 3.
dignatione spiritus tui, & elon-
gasti [c] fugiens & manens in so- c Ps. 54.
litudine: eo quod solitudo fa-
cultatem [d] præbeat sine impe- d 1. Cor. 7.
dimẽto Deũ obsecrandi. Nunc
[e] igitur laboras in gemitu tuo, e Psal. 6.
facere [f] dignos fructus pœni- f Luc. 3.
tentiæ vt probes [g] quæsit vo- g Rom. 12.
luntas Dei bona & benepla-
cens & perfecta: & semen quod
[h] misit radicem deorsum, faciat h Isa. 7.
fructum sursum.

Quid ergo mirum si anima [i] i Apoc. 12.
tua in vtero habẽs clamat par-
turiens & cruciatur vt pariat:
quandoquidem venerunt [k] filij k Isa. 37.
vsque ad partum & vires non l Rom. 7.
habet parturiens? Nam etsi Pœnam
velle [l] adiacet ipsi, perficere peccati
tamen bonum nõ inuenit: cum portant
funiculus [m] triplex qui difficile etiã iusti.
rumpitur, humiliauerit [n] in m Eccle. 4.
compedibus pedes eius: con- n Ps. 104.
cupiscentia carnis scilicet, con-

a Ioan.1. cupiscentia [a] oculorum, & su-
b 2.Par.12. perbia vitæ. Plane vt sciat [b]
distantiam seruitutis Dei & ser-
uitutis regni terrarum: vanita-
c Rom 8. ti [c] subiecta erit etiam non vo-
lens: intantum vt cum mente
d Rom.7. [d] seruierit legi Dei: carne ta-
men seruiet legi peccati. Eua
e Mich.7. quippe [e] iram Domini porta-
bit quoniam peccauit ei: & id-
f Gen.3. circo multiplicantur [f] ærumnæ
eius vt in dolore pariat, vt no-
g Iere.2. uerit [g] quàm malum & ama-
rum est dereliquisse Dominum
h Isa.14. Deum suum, vt [h] esset similis
altissimo, quasi vna de filiabus
i 1.Reg.1. [i] Belial sine iugo. Et [k] nos om-
k Ioan.1. nes de plenitudine maledictio-
nis eius accepimus: quoniam
l Ezec.16. sicut [l] mater, sic filia eius, di-
m Isa.40. cens [m] in sempiternum ero do-
n 1.Cor.6. mina: & sub nullius [n] redigar
potestate. Quamobrem tor-
o Isa.14. siones [o] & dolores tenebunt
eam, & quasi parturiens dole-
bit: & comedet [p] fructus viæ
p Prou.1. suæ suisque consiliis saturabi-

tur: donec contentionem [a] eius & ceruicem durissimam conterat, vexatio [b] dans intellectū. At cum cognouerit [c] plagam cordis sui cum [d] metu & reuerentia deponet [e] magnitudinem suam absque tribulatione dicens: iustum [f] est subditum esse Deo & mortalem non paria Deo sentire.

a Daut. 31. b Isa. 28. c 3. Reg. 8. d Hebr. 12. e Iob. 36. f 2. Mac. 9.

CAPVT X.

In decimo Capite ostenditur quod in spe futuræ suauitatis debeat patienter tolerare præsentem duritiam: & qualiter gratia deuotionis interdum propter occultum peccatum subtrahatur.

OBsecro [g] igitur te frater per nomen Domini Iesu Christi vt sufficiat [h] diei malitia sua: nec [i] affligas cor tuum pro hac re, ne [k] tristitiam super tristitiam habeas, quia spiritus [l] tristis exsiccat ossa. Sume [m]

g 1. Cor. 1. h Mat. 6. i 2. Reg. 13. k Phil. 2. l Prou. 17. m Ps. 80.

potius psalterium iucundum
a Iacob.5. cum cithara, vt ores [a] æquo
b Rom.9. animo & psallas: vt non [b] sit
dolor continuus cordi tuo, sed
c 1.Reg.16. refocilleris [c] & leuius feras.
d 1.Thess.4 Non [d] ergo contristeris sicut
cæteri qui spem non habent:
e Eccli.22. quibus [e] musica in luctu vide-
tur importuna narratio, igno-
f 2.Reg.2. rantes [f] quã periculosa sit des-
g Tob.5. peratio. Tu autem forti [g] ani-
mo esto: nam in proximo est
h Ioan.16. vt à Deo cureris: & tristitia [h]
tua vertetur in gaudium. Pa-
i Luc.1. ries [i] enim filium: & vocabis
k Matt.12. nomen eius Iesum: quia qui [k]
fecerit voluntatem patris eius,
ipse illi frater & soror & mater
est. Tunc videns quod dita-
l Gen.30. uerit [l] te Dominus dote bona,
m Ps.106. & feceris [m] fructum natiuita-
n Iob.8. tis: implebitur [n] os tuum risu
& labia tua iubilo: ita vt iam
o Ioan.16. [o] non memineris pressuræ, pro-
pter gaudium. Sed & multi in
p Luc.1. natiuitate [p] eius gaudebunt:
q Matt.5. qui [q] videntes opera tua bona,

glorificabunt patrem qui in cœlis est, & [a] ex multorum per- a 2. Cor. 1.
sonis, eius quæ in te futura est generationis per multos gratiæ agentur Deo.

Interim sane omne [b] quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine & in humilitate tua patiētiam habe. nam qui corde [c] bono & optimo audientes verbum retinent, fructum non afferunt nisi in patientia. Vnde etiam si ob partus [d] difficultatem periclitari ceperis, & videris [e] dolorem esse vehementem: nunquam tamen in infirmitate [f] tua despicias temetipsum, sed magis viriliter [g] age & confortetur cor tuum: dicens etiam [h] si me occiderit in ipso sperabo. Quis [i] enim sperauit in eo & confusus est? Cumque [k] te consumptum putaueris orieris vt lucifer: & lætaberis pro [l] diebus quibus te humiliauit, annis quibus vidisti mala. Fortassis

b 1. Eccl. Fiducia est ponenda in Dei misericordia.
c Luc. 8.
d Gen. 35.
e Iob. 2.
f Eccli. 38.
g Psal. 30.
h Iob. 13.
i Eccli. 2.
k Iob. 11.
l Psal. 89.

a *Luc.24.* quippe idcirco finxit [a] se Do-
b *Prou.21.* minus longius ire, obturans [b] aurem suam ad clamorem pau-
c *Deut.10.* peris, vt probet [c] vtrùm diligas eum in toto corde tuo an non: d *Rom.8.* postulando [d] scilicet gemitibus e *Psal 50.* inenarrabilibus, reddi [e] tibi lætitiam salutaris tui. Sane quo-
f *Prou.14.* niam spes [f] quæ differtur, affligit animam: adhuc contristatus [g] incedis dum affligit te ini- g *psal.41.* h *Leu.34.* micus, & si tristem [h] blanditiis i *Ps.76.* delinire satagimus: renuit [i] consolari anima tua, & dicis k *Isa.22.* No. Nolite [k] incumbere vt consolemini me, quoniam consolatores [l] onerosi omnes vos estis: & ecce tamdiu expectans [m] expectaui dominum, nec intendit mihi, sed aggrauata [n] est auris eius vt non audiat: & vos vt [o] quid sine causa vana loquimini dicentes, expecta [p] re-expecta, quia [q] veniens veniet & non tardabit? *M.* O [r] homo tu quis es: qui respondeas DEO? Nunquid [s] irritum facies iudi-

Verba Nouitij consolari nolentis. l *Iob.16.* m *Ps.39.* n *Isa.59.* o *Iob.27.* p *Isa.28.* q *Abac. 2.* r *Rom.9.* Verba M. s *Iob.40.*

cium eius: & condemnabis illum vt iustificeris. Secundum [a] hominem dico, absit. Iustus [b] Dominus in omnibus viis suis, [c] Omnia quæcunque fecit tibi: in vero iudicio fecit, quia [d] non est iniquus Deus, qui infert iram. Vere [e] enim non cõdemnat Deus aliquem frustra: sed castigat [f] te in iudicio ne tibi videaris innoxius.

a Rom. 3.
b Ps. 144.
c Dan. 3.
d Dan. 3.
e Rom. 3.
f Iob. 34.

Contemplare [g] igitur ne quid desit gratiæ Dei: quia [h] nihil fit in terra sine causa: nec in vanũ mãdauit [i] nubibus suis ne pluerent super te imbrem. Non [k] enim grande est Deo vt consoletur te, sed fortassis opposuit [l] sibi nubem vt non transeat oratio. Vide [m] ergo vias tuas in conualle, & non solum in conualle, sed etiam ex quo [n] ascendisti in montem Domini, vt stares in loco sancto eius: à die [o] primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum vt affligeres te in conspectu Domini

g Iere. 30.
h Hebr. 12.
i Iob. 5.
k Isa. 5.
l Iob. 15.
m Thren. 3.
n Iere. 2.
o Ps. 33.
Dan. 90.

a Eccli.5. Sæpe occultat se Deus propter occultum in nobis peccatum.
b Job. 9.
c Sopho.1.
d Ps.77.
e Psal.18.
f Prou.20.
g Iere.17.
h Job.9.
i Hebr.3.
k Isa.59.
l Prou.30.
m Isa.36.
n 2.Cor.1.

tui. De [a] propitiatu peccatorum noli esse sine metu, quin potius verearis [b] omnia opera tua: ne forte qui scrutatur [c] Hierusalem in lucernis & visitat super viros defixos in fœcibus suis, videat [d] cor tuum non esse rectum cum eo. Delicta [e] enim quis intelligit? aut quis [n] potest dicere: mundum est cor meum? cum [f] prauum sit cor hominis & inscrutabile: adeo vt [g] si simplex fuerit hoc ipsum ignorabit anima sua. Timeamus [h] ergo ne forte sit in aliquo nostrum cor incredulitatis, malum discedendi à Deo viuo: ne forte peccata [i] nostra absconderint faciem eius à nobis. Est [k] quippe generatio quæ sibi videtur munda, & tamen nō est lota à sordibus suis: illi scilicet qui innituntur [l] super baculum arundineum, dicentes, gloria [m] nostra hæc est: testimonium conscientiæ nostræ. Vereor [n] ne alieni comederint

derint robur suum ipsis ignorantibus, & appensum [a] in statera inueniatur minus habens; quia si nihil [b] sibi conscij sunt non tamen in hoc iustificati [c] sunt, non enim qui seipsum commendat ille probatus est: sed quem Deus cõmendat.

a Dan.5.
b 1.Cor.4.
c 2.Cor.10.

CAPVT XI.

In vndecimo Capite ostenditur quomodo anima suam vilitatem ignorans petit sibi grandia: & qualiter super hac temeritate durè à Sanctis deprehenditur.

EST [d] & aliud malum quod vidi, sub sole & quidem frequens apud homines, sapere [e] scilicet plusquam oportet & non ad sobrietatem: & secundum à Deo datam [f] fidei mensuram. Tu [g] autem, ô homo Dei, hæc fuge quia [h] quod altum est hominibus, abominabile est apud Deum. Altiora

d Eccle.6.
e 1.Cor.4.
f Rom.12.
g 1.Tim.6.
h Luc.16.

a Eccle.3. [a] te ne quæſieris & fortiora te
b Prou.23. ne ſcrutatus fueris: nec [b] erigas oculos tuos ad opes quas habere non potes. Quid enim
c Ioan.11. heri [c] quatriduanus etiam fœ-
d Pſ.39. tens, eductus [d] es de lacu miſeriæ & de luto fœcis, & hodie
e 2.Petr.1. obliuionem [e] accipiens purgationis tuorum veterum delictorum: petis à Deo vt oſcule-
f Cant.1. tur [f] te oſculo oris ſui. Adhuc
g Ezec.16. [g] cõculcaris in ſanguine tuo:
h Iob.20. ita vt vadant [h] & veniant ſuper
i Iere.45. te horribiles, & [i] tu quæris ti-
k Iere.15. bi grandia. Nunquid [k] iam ſeparaſti pretioſum à vili, vt ſis quaſi os ſuum: vt merito dif-
l Pſ.44. fũdatur [l] gratia in [m] labiis tuis.
m Gen.49. Caue ne in conſilio eorum veniat anima tua, qui poſuerunt
n Pſ.72. [n] in cœlũ os ſuum [o] omne ſu-
o Iob.41. blime videntes, qui cum viri
p Iſaiæ 6. [p] polluti labiis ipſis ſint, pu-
q Gal.6. tant [q] ſe aliquid eſſe cum nihil
r Gen.3. ſint. Quantò tutius pones [r] in
ſ Iſa.49. puluere os tuum, & vultu [ſ] in terram demiſſo (adorabis eum:

ex[a] quo intraueris non cessans a *Luc.7.*
osculari pedes eius: vt ab in-
ferioribus[b] ad superiora ascen- b *Ezec. 41.*
das per medium. Hic[c] stabis c *Dan.12.*
in sorte tua, & [d] hic confringês d *Iob.38.*
tumentes fluctus tuos, paula-
tim proficiens[e] atque succre- e *Gen.26.*
scens: quia qui festinus[f] est, pe- f *Prou.19.*
dibus offendit: donec effunda-
tur[g] super te spiritus de excel- g *Isa.32.*
so & dicat tibi, amice[h] ascen- h *Luc.14.*
de superius. Quid[i] te eleuat i *Iob. 15.*
cor tuum: frustra cupiens vt
fiant[k] non nouissima sed initia k *Num. 23.*
tua illis similia, qui[l] sine ma- l *Apoc.14.*
cula sunt ante thronum Dei?

Anima illa cui dicitur To-
ta[m] pulchra es amica mea & m *Cant. 4.*
macula non est in te, de dilecto
cuius[n] amore languet, ait: quę- n *Cant.2.*
siui[o] illum & non inueni: vo- o *Cant.5.*
caui & non respondit mihi.
Et[p] ne sic quidem hæsitat dif- p *Rom. 4.*
fidentia, sed confortata fide dat
gloriam Deo, & quærit[q] fa- q *Ps. 104.*
ciem eius semper: sciens quod
non[r] tardat Dominus promis- r *2. Petr.3.*

sum suum, quoniam inquirentes [a] Dominum non minuentur omni bono. Anima vero tua cui [b] non est species neque decor, quippe quæ abominabilem [c] fecerit decorem suum: ita vt sit facies [d] eius sicut nigredo ollæ, nullomodo sustinet [e] sustentationes Dei. Nam si cum pulsauerit [f] confestim non aperiat ei, in amaritudinibus [g] moratur oculus eius, & protinus dentibus [h] suis fremit & tabescit, aduersus [i] Deum contendens quod non ad omnia responderit ei. Huc accedit quod oblita [k] ornamenti sui & fasciæ pectoralis suæ, & ignorans [l] quod illicitum sit indutam sacco aulam regis intrare: velut præco clamat [m] valenter ad portam [n] domus Domini sublimissimã: Aperite [o] mihi portas iustitiæ, quia [p] sto ad ostium & pulso, vt regem [q] in decore suo videant oculi mei, & deosculer [r] eum & iam

a Ps. 30.
b Isa. 53.
c Ezec. 16.
d Naum 2.
e Eccli. 2.
f Luc. 12.
g Iob. 17.
h Ps. 111.
i Iob 33.
k Iere. 2.
l Esther 4.
m Dan. 3.
n 4. Reg. 15
o Ps. 117.
p Apoc. 3.
q Isa. 33.
r Cant. 8.

nemo me despiciat. Porro super [a] muros Hierusalem erant constituti custodes [b] ne intraret aliquid in eam coinquinatum & immundum. Qui [c] æmulantes eam Dei æmulatione, cum [d] vidissent eam à longe: loquebantur mutuò dicentes. Ecce [e] Sunamitis illa venit, sed quia vult transcendere [f] terminos montis ad videndum Dominum, bonum est respondere [g] illi iuxta stultitiam suam ne sibi sapiens videatur. Arguatur [h] & statuatur contra faciem suam, vt studeat ad agnitionem [i] sui venire: & ad quod [k] peruenit id sapiat & in eadem permaneat regula. Quapropter [l] claudite ostium & non sinatis illam intrare: Non enim [m] est vestita veste nuptiali: sed nuda [n] & confusione plena, ambulat [o] in magnis & mirabilibus super se. Vnus [p] ergo ex eis quasi tuba exaltauit vocem suam:

a Isa. 62.
b Apoc. 21.
c 2. Cor. 11.
d Gen. 37.
e 4. Reg. 4.
f Exod. 29.
g Prou. 26.
h Ps. 49.
i 2. Mac. 9.
k Phil. 3.
l 4. Reg. 6.
m Mat. 22.
n Ezec. 6.
o Ps. 130.
p Isa. 58.

a Apoc. 10. & clamauit [a] quemadmodum
Con usio propriæ vilitatis. cum leo rugit, vt territa [b] pur-
garetur.
b Iob. 41. O præſumptio [c] nequiſſima
c Eccle. 37. d Ezec. 22. vnde creata es? Sordida [d] no-
bilis grandis interitu, adhuc
e 4. Reg. 9. [e] fornicationes tuæ & deſideria
f Iſa. 63. mala vigent, omneſque [f] iuſti-
tiæ tuæ panno comparantur
menſtruatæ: & ſalutare in oſ-
g 2. Cor. 13. h Pſ. 103. culo [g] ſancto cupis eum qui [h]
reſpicit terram & facit eam
i Iſa. 53. tremere? Paupercula [i] tempe-
k Iob. 40. ſtate conuulſa: quid in [k] ſub-
lime erigeris quaſi ſpecioſis
l Hebr. 4. induta veſtibus, vt adeas [l] cum
fiducia ad thronū gloriæ eius:
m 1. Petr. 1. in quem [m] deſiderant angeli
n Rom 6. proſpicere? Noli [n] altum ſape-
o Gen. 27. re ſed time, & nunc [o] acquieſce
conſiliis meis: & indicabo ti-
p Mich. 6. bi [p] quid ſit bonum & quid
Dominus requirat à te, quod
q Prou. 2. [q] ſi ſuſceperit cor tuum ſermo-
r Iudic. 10. nes meos, perfectam [r] rem fa-
ciet Dominus tecum: replens
ſ Pſ. 102. [ſ] in bonis deſiderium tuum.

Ego recto [a] itinere te perdu- a *Gen.*24.
cam in domum Domini tui: vt b *Isa.*66.
epuleris [b] ab introitu gloriæ
eius, deliciis [c] affluens & inni- c *Cant.*8. Animi mundities Dei sedes.
xa super dilectum tuum. Laua-
re [d] igitur prius & vngere, & d *Ruth.*3.
induere cultioribus vestimen-
tis, vt [e] sis sancta corpore & e 1.*Cor.*7.
spiritu: præcipueque conside-
ra [f] vultum natiuitatis tuæ in f *Iacob.*1.
speculo, vt scias [g] quid desit ti- g *Ps.*38.
bi, quia visitãs [h] speciem tuam h *Iob.*5.
non peccabis. Tunc [i] concu- i *Ps.*44.
piscet rex decorem tuum, si ta-
men fiduciam [k] non habeas in k *Ezec.*16.
pulchritudine tua: & portæ
[l] aperientur coram te iugiter l *Isa.*60.
ita vt ingrediaris [m] libere & m *Ioan.*10.
egrediaris & pascua inuenias.
Omne [n] autem quod ab ipso n 2.*Reg.*19.
petieris impetrabis: & aman-
tissima [o] Domini quasi in tha- o *Deut.*33.
lamo tota die requiesces: nec
quisquam te [p] euigilare præsu- p *Cant.*2. & *Cant.*8.
met donec ipsa velis. Alioquin
speciosus [q] forma præ filiis ho- q *Ps.*44.
minum: cum sit candor [r] lucis r *Sap.*7.

æternæ & ſpeculum ſine macula, non ponet læuam [a] ſuam ſub capite tuo, nec dextera illius amplexabitur te: ſi habueris [b] maculam aut rugam aut aliquid eiuſmodi.

a Cant.8.
b Ezec.5.

Iuſtitiam [c] Dei non abſcondi in corde meo: ſed quæ [d] audiui à Domino Deo exercituum annuntiaui tibi, vt ſcias quia in ſermonibus [e] meis non eſt vlla reprehenſio. Si loquerer [f] tibi placentia & inderē tibi errores, & lactarem [g] te ducens per viam non bonam: lætitiam [h] haberes ſuper eloquia mea ſicut qui inuenit ſpolia multa. Ergo [i] inimicus factus ſum verum dicens tibi? quod ſi [k] non annuntiarem tibi ſanguis tuus requireretur de manu mea. Itaque noli [l] mihi moleſta eſſe quia non poſſum ſurgere & aperire tibi: donec abſtuleris [m] rubiginem de argento vt egrediatur vas puriſſimum, in quo poculum [n] ex

c Pſ.39.
d Iſa.21.
Qui ex Deo eſt, veritatem amat etiā arguentem.
e Iudic.8.
f Iſa.30.
g Prou.16.
h Pſ.118.
i Gal.4.
k Ezec.3.
l Luc.11.
m Prou.15.
n Cant.8.

vino purissimo & condito in-
fundatur, inebrians [a] animam a Iere.31.
lassam. Nunc igitur frater si
audisti [b] sonum buccinæ obser- b Ezec.3.
ua te, nec concidat [c] vultus Miscenda
tuus: quia visio [d] dura nuntia- dulcia duris.
ta est tibi, cum non [e] potuerit c Iudith 6. d Isa. 21.
præterire sermonem Domini e Num.24.
Dei sui vt vel boni quid vel
mali proferret ex ore suo. Ac-
quiesce [f] igitur ei & habeto f Iob.22.
pacem: & per hanc habebis
fructus optimos licet egens,
[g] augustiatus, afflictus, paupe- g Hebr. 11.
rem [h] vitam geras, vsque [i] ad h Tob. 3.
præfinitum tempus à patre: qui
pauperē [k] facit & ditat. Nem- i Gal. 4.
pe [l] omnia tempus habent: & k 1.Reg. 2. l Eccle.3.
idcirco vanum [m] est tibi ante m Ps.126.
lucem surgere, quoniam [n] quæ n Rom. 13
à Deo sunt ordinata sunt. Nun-
quid fons [o] patens in ablutio- o Zac.13.
nem peccatoris & menstrua-
tæ, irrigabit [p] torrentem spi- p Iob.3.
narum tuarum, nisi cum magna
[q] multitudine languidorum ex- q Ioan.5.
pectantium aquæ motum pre-

a Ps. 19. ſtolaueris, vt mittatur [a] tibi auxilium de ſancto?

b Mat. 9. Seria opus eſt pœnitentia in conuerſione peccatoris. An putas quod in vtres [b] veteres vinum nouum infundat Deus? aut tam facile expoliaſſe [c] te credis veterem hominem cum actibus ſuis: vt renouetur [d] ſicut aquilæ iuuentus tua?

c Coloſſ. 3.
d Pſ. 102.

e Iere. 13. At qui norunt quam difficile poſſit [e] Æthiops mutare pellem ſuam: contendens [f] intrare per anguſtam portam quæ ducit ad vitam; ſuper hoc de corde [g] ſuo proferunt eloquia ſcientes non eſſe commune omnibus cum Maria [h] ad montana cum feſtinatione cõſcendere. Si ferrum [i], inquiunt, retuſum vel hebetatum fuerit, multo labore exacuetur: quia ſenſus [k] & cogitatio cordis humani prona ſunt ad malum, & peruerſi [l] difficile corriguntur: vtpote carnales [m] vænundati ſub peccato. Interroga [n] generationem priſtinam & diligenter inueſtiga patrum me-

f Matt. 7.
g Iob. 8.
h Luc. 1.
i Eccle. 10.
k Gen. 8.
l Eccle. 1.
m Rom. 7.
n Job. 8.

moriam: & inuenies [a] scriptum in commentariis quod filij Israel anno [b] vno non potuerunt suos delere aduersarios, sed paulatim ante eos expulsi sunt à Domino. Cum ergo quispiam abierit [c] vagus in via cordis sui; & oblitus [d] comedere panem suum, gustauerit [e] quod gustatum affert mortem: si oborta fame [f] audiendi verbum Dei, ad illos reuertatur qui in domo [g] patris sui abundant panibus: vt possit mensæ [h] Domini particeps esse sicut fuerat mensæ dæmoniorum: non [i] durum nobis videatur, si confestim non probant [k] fauces comedentis [l] saporem, nec statim gustent quoniam suauis est est Dominus, quippe qui ex ea quam [m] comedit vua acerba, stuporem dentium patiatur.

a 1. Esdr. 4.
b Exod. 23.
c Isa. 57.
d Ps. 101.
e Iob. 6.
f. Amos 8.
g Luc. 15.
h 1. Cor. 10.
i Gen. 49.
k Iob. 12.
l Ps 33.
m Iere. 31.

CAPVT XII.

In duodecimo Capite ostenditur: quod anima non debet indignari quamuis homines æque vel magis indigni admittantur: & proponitur exemplum de Cananæa.

IGitur charissime si quando indicari [a] tibi à sponso petieris: vbi pascat, vbi cubet in meridie: & ille pro eo quod superextendis [b] te vltra mensuram quam mensus est tibi Deus: corripuerit [c] te in misericordia & increpauerit, egredi [d] te iubens & abire post vestigia gregum: velut comparans [e] te iumentis insipientibus, noli abundantiori [f] tristitia absorberi. Cum enim [g] iratus fuerit misericordiæ recordabitur; nec [h] te derelinquet vsquequaque: tametsi [i] ita loquitur: Magis autem humiliare [k] sub potenti manu Dei: &

a Cant. 1.
b 2. Cor. 10.
c Ps. 140.
d Cant. 1.
e Ps. 48.
f 2. Cor. 2.
g Abac. 3.
h Ps. 118.
i Hebr. 6.
k 1. Petr. 5.

esto vir [a] videns paupertatem tuam in virga indignationis eius: si [b] forte conuertatur & ignoscat Deus. Nec æstimes quod [c] personarum acceptio sit apud Deum: quia [d] murmuras aduersus patremfamilias dicens, *No.* Quantos [e] noui: qui erant natura filij iræ plusquam cæteri: qui [f] percusserant fœdus cum morte, & cum inferno fecerãt pactum: sed cum defecit [g] panis in cistarciis, & attenuati [h] sunt fame, ac quærerent [i] amatores suos nec inuenirent eos: erubuit [k] incircumcisa mens eorum & humiliati [l] sunt in iniquitatibus suis. Licet autem velut [m] ex necessitate bonum eorum fuerit non voluntarium, & prouiderint [n] sibi coactè non spontaneè; cum osculo [o] tamen & annulo symphonia & choro à Patre cœlesti suscepti sunt. Et [p] quasi iustorum facta haberent; repente creauit [q] illis scientiam

a *Thren* 3.
b *Ioel*. 2.
c *Ephes*. 6.
d *Matt*. 20. Verba Nouitij seu tentatio diaboli.
e *Ephes*. 2.
f *Isa*. 28.
g 1. *Reg*. 9.
h *Iere* 14.
i *Osee* 2.
k *Leu*. 26.
l *Ps*. 105.
m *Philem*.
n 1. *Petr*. 5.
o *Luc*. 15.
p *Eccle*. 8.
q *Eccli*. 17.

a Coloss. 2. spiritus, non reputans [a] illis delicta ipsorum; ita vt consummati [b] in breui explerent tempora multa. Ego autem qui propria [c] voluntate obtuli me discrimini; qui [d] iucundus eram & dilectus in potestate mea, miserabilior [e] sum omnibus hominibus; cum publicani, [f] & meretrices præcedant me in regnum Dei.

b Sap. 4.

c Iudic. 5.

d 1. Mac. 6.

e 1. Cor. 15.

f Matt. 21.

g Rom. 9.

Non scrutanda Dei Iudicia.

h Mat. 20.

i Psal. 29.

k Iob 15.

l Rom. 5.

m Isa. 35.

n Ps. 147.

o Iob. 11.

p Rom. 11.

q Mat. 20.

M. O homo, Deus [g] qui miseretur cuius vult & quem vult indurat, non facit [h] tibi iniuriam quia licet ei quod vult facere, porro vita [i] in voluntate eius. Quid [k] tumet spiritus tuus contra Deum, si vbi delictum [l] abundauit superabundet & gratia, & [m] in cubilibus in quibus habitabãt dracones, oritur viror calami & iunci, quãuis non [n] faciat taliter omni nationi? Quis [o] potest dicere Deo cur ita facis, aut quis [p] prior dedit ei & retribuetur illi? non ergo sit oculus [q] tuus

nequam quia bonus est, dimittendo[a] peccata multa his qui dilexerunt multum: quibus viuere[b] Christus est & mori lucrum: quibus postremo labores omnes pauci[c] videntur præ amoris magnitudine. Non[d] audeas te inserere aut comparare quibusdam qui licet venerint de populo[e] terribili, diuulso, & dilacerato: repente tamen à Deo conformes[f] facti sunt imaginis filij Dei: vt[g] sicut ille est, ita & ipsi sint in hoc mundo, dicentes[h] nostra conuersatio in cœlis est. Prorsus inter[i] te & ipsos chaos magnum firmatum est: grandisq; [k]tibi restat via, cõfortati[l] sunt & non poteris ad eos. Igitur si cũ eis inuitatus[m] fueris ad cœnam: non recumbas ne quidem in nouissimo loco: sed potius stãs[n] retro secus pedes eorum, dicas quod res[o] bene acta est, si dignus fueris sub mensa[p] eorum colligere ciborũ reliquias.

a Luc. 7.
b Ph. l. 1.
c Gen. 29.
d 2 Cor. 10. Pecca ores amandi, quia à Deo facti Iusti vel faciẽdi
e Isa. 18.
f Rom. 8.
g 1. Cor. 15.
h Phil. 3.
i Luc. 16.
k 3. Reg. 19.
l Ps. 138.
m Luc. 14.
n Luc. 7.
o Ruth 3.
p Iudic. 1.

a Matt. 15. Mulier [a] illa Cananæa cu-
b 2. Cor. 8. ius [b] laus est in euangelio per
Exemplũ perseuerantiæ. omnes Ecclesias: exemplum
[c] dedit nobis vt quemadmodum
c Ioan. 13. fecit ita & nos faciamus. Cla-
d Isa. 19. mat [d] ad Dominum à facie tri-
e 2. Tim. 4. bulantis: instat [e] opportune im-
f Matt. 20. portune, adorans [f] & petens
g 1. Reg. 10. aliquid ab eo. Ille [g] vero dissi-
h Psal. 9. mulauit se audire, & recessit [h]
lõge quasi despiciens in oppor-
tunitatibus in tribulatione:
i Act. 10. cum nosset [i] quomodo abomi-
natum sit viro Iudæo coniungi
aut accedere ad alienigenam.
k Ruth 1. At [k] illa obstinato animo de-
creuit secum pergere, & post
l Hebr. 5. tergum eius [l] preces & suppli-
cationes cum clamore valido
Verba Cananææ & lachrymis offerebat dicens,
Can. Viuit [m] anima tua Do-
m 4. Reg 2
n Gen 32. mine, quia [n] non dimittam te
nisi benedixeris mihi. Licet
o Iob. 10. [o] enim hoc celes in corde tuo:
scio tamen quod vniuersorum
p Ps. 86. memineris ita [p] vt memor sis
Raab & Babylonis scientium

ce. Vsquequò [a] Domine sanctus & verus: qui [b] omnes homines vis saluos fieri, vocans [c] non dilectam, dilectam: vsquequò erit tantummodo notus [d] in Iudæa Deus? dilata [e] locum tentorij tui: vt & gentes [f] super misericordia honorent Deum, sitque admirabile [g] nomen tuum in vniuersa terra. Petitionem [h] vnam paruulam deprecor à te ne confundas faciem meam: & psalmum [i] dicam tibi in gentibus. Zelatus [k] est autem Dominus populum suum & ait. Quid [l] mihi & tibi est mulier? Quid [m] clamas ad me super contritione tua, quia nunc [n] venisti ad me necessitate compulsa: quæ olim ad simulacra [o] muta provt ducebaris, ibas: quasi [p] non esset Deus in Israel, vbi [q] sunt dij tui in quibus habebas fiduciam cum quibus [r] fornicata est adolescentia tua: ipsi liberent [s] te in tempore angustie. Pater [t] tuus

a *Apoc.* 3.
b 1. *Tim.* 2.
c *Rom* 9.
d *psal* 75.
e *Isa.* 54.
f *Rom.* 15.
g *Psal.* 8.
h 3. *Reg.* 2.
i *Ps.* 56.
k *Ioel.* 2.
Differt Deus petitionem vt probet. & grauitatem peccati ostendat.
l *Ioan.* 2.
m *Iere.* 30.
n *Iudic.* 11.
o 1. *Cor.* 12.
p 4. *Reg.* 1.
q *Deut.* 32.
r *Ezec.* 23.
s *Iudic.* 10.
t *Ezec.* 16.

Amoreus, & mater tua Ce-
a Act.8. thea: non [a] est tibi pars ne-
que sors in sermone isto. Re-
b Gen.19. cede [b] illuc, & noli me [c] tange-
c Ioan.20.
d Iere.30. re: quoniam insanabilis [d] est
e Gal.2. dolor tuus. Nos [e] quippe na-
tura Iudæi & non ex gentibus
peccatores: non debemus su-
f Matt.20. mere [f] panem filiorum, & mit-
tere canibus.

Cernens autem mulier: quod
g Abdiæ 2. Dominus paruulam [g] eam de-
disset in gentibus, & esset con-
h 2.Mac 9. temptibilis valde, non [h] despe-
rans semetipsam, sed spẽ mul-
tam habens effugiendi infirmi-
i Ephes.4. tatem: descendit [i] primùm in
inferiores partes terræ, sciens,
k Luc.14. quia qui [k] se humiliat exalta-
Verba Cananææ. bitur, & ait. Quid [l] faciam quia
l Luc.6. Dominus meus aufert à me mi-
serationem? Iudæa esse non
valeo: canis vocari erubesco.
Scio quid faciam. Si voluero
m Iob.9. [m] contendere cum eo non po-
tero respondere vnum pro mil-
n Apoc.22. le; quandoquidem foris [n] ca-

nes & impudici & idolis ser-
uientes & omnis qui amat &
facit mendacium. Cognoscam
[a] ergo veritatem & veritas li- a *Ioan.7.*
berabit me : & cum humilia- Cor humile vas gratiæ.
ta [b] fuero vsquequaque, dicam
ei: complacui [c] in veritate tua. b *Psal.118.*
Quantumcunque enim multi- c *Psal.125.*
plicauero [d] ad Deum preces lo- d *Iob.40.*
quens ei mollia : nisi [e] vilior e *2.Reg.6.*
fiam plusquam facta sum &
sim humilis in oculis meis, di-
cetur mihi. Stulto [f] labore cō- f *Exod.18.*
sumeris, & [g] perdis pulchros g *Prou.23.*
sermones tuos, quia non flecti-
tur Deus verbis potentibus [h] & h *Iob.41.*
ad deprecandum compositis.
Cui [i] ergo comparabo me vel i *Thren.2.*
cui assimilabo me : nisi catellis
[k] qui edunt de micis quæ ca- k *Matt.15.*
dunt de mensa dominorū suo-
rum? vt quia nihilum [l] & inane l *Isa.40.*
reputata sum ei : dignetur vo-
care [m] ea quæ nō sunt tanquam m *Rom.4.*
ea quæ sunt. Potens [n] est enim n *Matt.3.*
Deus de lapide hoc suscitare,
filiam Abrahæ. Hæc [o] faciat o *1.Reg.25.*

mihi Deus & hæc addat si ta-
a *Isaiæ* 42. cuero [a] & si dedero silentium
b *Hebr.*4. ei: donec [b] misericordiam con-
sequar & gratiam inueniam in
c *Eccle.* 9. auxilio opportuno. Et [c] quo-
niã melior est canis viuus leo-
d *Eccli.* 7. ne mortuo: à mortuo [d] enim
veluti qui non sit perit con-
e *Ps.*108. fessio: confitebor [e] Domino ni-
f *Iob.*10. mis in ore meo; dimittens [f] ad-
uersum me eloquium meum.
g *Ps.* 68. Laborabo [g] clamãs donec rau-
cæ factæ sint fauces meæ, vt vel
h *Luc.*11. propter [h] improbitatem meam
i *Prou.*30. surgat & tribuat [i] victui meo
k *Dan.* 9. necessaria: præsertim cum [k] nõ
in iustificationibus meis, sed in
miserationibus eius multis pro-
sternam preces coram eo.

Hac vsque verba Cananææ.

l *Gen.*32. *M.* Cumq; vidisset [l] Dominus
quod eam superare non posset;
m *Iudith* 7. fatigatus [m] his clamoribus &
n *Mat.* 18. his fletibus lassatus cum [n] tan-
ta ei deberet omne debitum di-
o *Luc.*19. misit illi: & insuper [o] salus eius
domui facta est: eo quod ipsa
filia esset Abrahæ. Nam lon-

ganimiter [a] ferens exaudita est pro sua patientia: & [b] quæ erat lõge facta estprope in sanguine Christi: quia non inuenit [c] Dominus tantam fidem in Israel. Hinc est quod fides [d] eius annuntiatur in vniuerso mundo; & humilitas ipsius in omnem [e] locum diuulgata est: vt certissime [f] sciat omnis domus Israel: quoniam sicut Deus [g] superbis resistit ita humilibus dat gratiam, qui norunt quod [h] oportet semper orare & non deficere. Nunc itaque frater cum hæc scripta [i] sint ad correptionem nostram: Vade [k] & tu fac similiter; & noli vinci [l] à malo, sed vince in bono malum. Omni [m] tempore benedic Deo: nec [n] fatigeris cum ab eo argueris, quia quos [o] amat arguit & castigat: ne insolescant [p] per licentiam. Tantum patientiam [q] habe in ipso: & omnia [r] reddet tibi, & insuper augebit [s] incrementa fru-

a Hebr.6.
b Ephes.2.
c Matt.8.
d Rom.1.
e Rom.16.
f Act.2.
g Iacob.4.
h Luc.18.
i 1.Cor.10.
k Luc 10.
l Rom.12.
m Tob.4.
n Hebr.12.
o Apoc.3.
p Hebr.12.
q Esther 3.
r Matt.18.
s Cor.9.

a Iob. 8. gum iustitiæ tuæ, intantum [a] vt priora tua parua fuerint, & nouissima multiplicentur nimis.

CAPVT XIII.

In decimotertio Capite ostenditur quod quando suauitas deuotionis homini subtrahitur: non debet animo concidere, cum ignoret quid sibi magis expediat.

b Psal. 83. SAne si cupias [b] ambulare de
c Gal. 3. virtute in virtutem: vt [c] adoptionem filiorum recipias, cui
d Luc. 15. pro magno erat vt [d] faceret te Dominus sicut vnum de mer-
e Iob. 38. cenariis suis: accinge [e] sicut
f 1. Cor. 12. vir lumbos tuos: nã adhuc [f] excellentiorem viam tibi demon-
g Psal. 118. stro. Si tunc viam [g] mandatorum Dei cucurreris cum dilatauerit cor tuum: confitearisque
h Ps. 48. [h] illi cum benefecerit tibi:
i Psal. 118. & tantummodo eructent [i] labia tua hymnum cum docuerit te iustificationes suas. Con-

tra vero si in momento [a] indignationis auerterit faciē suam parumper à te: confestim dormitet [b] anima tua præ tædio: & & in mœrore [c] animi deiiciatur spiritus, manus [d] habens dissolutas & genua debilia: si inquam fœda hæc transmutatio [e], & vicissitudinis obumbratio audiatur [f] in terminis tuis: cui [g] dubium est quin pessime cogites, vtpote quæ [h] tua sunt quærens: non quæ Iesu Christi? In hoc [i] est chariras Dei non quasi dilexerimus eum, sed ille prior dilexit nos: ita vt cum [k] adhuc inimici essemus, reconciliati fuerimus Deo per sanguinem Christi. Quare igitur gratis [l] accepta gratis dare formidas: qui nisi conuentione [m] facta ex denario diurno: in vinea Domini renuis operari, cum non debeat esse [n] vltra mercator in domo Domini? O si [o] cognouisses & tu quam bonum est offerre [p] Domino ho-

a *Isa.54.*
b *Ps.118.*
c *prou.15.*
d *Isa.35.*
e *Iacob.1.*
f *Isa.60.*
g *Exod.30.*
h *Philip.2.*
i *Ioan.4.*
k *Rom.5.*
l *Mat.10.*
m *Mat.20.*
n *Zac.13.*
o *Luc.19.*
p *2.Reg.23.*

a 2.Cor.9. locausta gratuita; non [a] ex tristitia aut necessitate, sed mente

b Exod.33 [b] promptissima atque deuota: illis dicere voluntarie [c] sacrificabo tibi.

c Psal.54.

Deus gratis amat, & sic gratis amandus.

d 2.Cor.5.

e Sap.10.

Felix qui siue [d] præsens siue absens contenderit placere illi non quia reddet Deus [e] mercedem laborum Sanctorum suorum: sed quia dignus est accipere virtutem & honorem & benedictionem: quoniam [f] bonus quoniam in sæculum misericordia eius. Quis [g] in vobis est (ait Dominus ad Iudæos) qui claudat ostia & incendat altare meum gratuitò? Nempe [h] quorum sunt inquinatæ & mens & conscientia, sola diligunt [i] munera & sequuntur retributiones, sicut & illi qui [k] Christum quęrebant, non quia signa viderant, sed quia ex panibus eius fuerant saturati. Hæccine [l] reddis Domino popule stulte & insipiens, vt sit [m] porrecta ad accipiēdum manus

f Psal.105.

g Malac.1.

h ad Tit.1.

i Isa.1.

k Ioan.6.

l Deut.32.

m Eccli.4.

nus tua & ad dandum collecta, & sint [a] sicut dies mercenarij dies tui. Et certe gratis [b] iustificatus es per gratiam ipsius: qui præoccupat [c] eos qui se concupiscunt vt illis se prior ostendat: qui operatur etiam velle vt sic, quicumque [d] voluerit accipiat aquam vitę gratis, & absque [e] argento & vlla commutatione vinum & lac. Si semper cupis [f] prospere ingredi & valere, vt [g] non sit virga Dei super te: vereor ne [h] mercedes congregatas mittas in saccum pertusum: & in fine audias recepisti [i] bona in vita tua. Quid [k] si bona suscepisti de manu Domini mala quare non sustineas: maxime cum omnis [l] disciplina fructum paratissimum exercitatis per eam reddat iustitiæ? Quamobrem in [m] die malorum ne immemor sis bonorum: sed & tunc quam maxime labora [n] sicut bonus miles Christi Iesu, deprecans

a Iob.7.
b Rom 3.
c Sap.6.
d Apoc.22.
Ipsum etiã velle Deus dat & facit.
e Isa.55.
f 3.Ioan.
g Iob.21.
h Aggai 1.
i Luc 16.
k Iob.2.
l Hebr.12.
Quo modo, quo fine aduersa toleranda.
m Eccli.11.
n 2.Tim.2.

a *Isa.63.* [a] Deum semper: cùm multitu-
b *Zachar.1.* do [b] viscerum ac miserationum
suarum super tè continuerit se:
c *Thren.1.* & siluerit qui loquebatur [c] in
te verba bona, verba consola-
toria. Cumq; fuerit anima tua
d *Ps.101.* deposita [d] vehementer non ha-
e *Ioan.11.* bens cõsolatorem: & ossa [e] tua
sicut cremium aruerint, noue-
f *Ps.106.* ris quod ariditas hæc [f] non est
ad mortem sed pro gloria Dei:
vt scilicet cum conuersa fue-
g *Ps.106.* rit arida [g] in stagnum & sitiens
in fontes aquarum: confitean-
h *Ps.39.* tur [h] Domino misericordiæ
i *Prou.12.* eius, qui'est mœrentium [i] con-
solator. Et quoniam non con-
k *Ps.37.* tristabit [k] iustum quicquid ei
acciderit: expedit vt sis in fla-
l *Iob.6.* gella [l] paratus: & hæc [m] sit tibi
m *Prou.13.* consolatio vt affligens te dolo-
n *Luc.1.* re non parcat: quia qui [n] parcit
virgæ odit filium.

o *1.Cor.9.* O quam beatum [o] te dice-
rent omnes generationes: si
p *1.Cor.9.* quodammodo sine sumptu [p]
poneres euangelium: vt videli-

cet cum oculi [a] tui languerint a *Ps.88.*
præ inopia deuotionis, & exercendo [b] & scopando spiritum b *Ps.76.*
tuum, supra [c] modum grauatus c *2.Cor.1.*
fueris supra virtutem, ita vt tędeat te etiam viuere : nihilominus confortatus [d] in Domi- d *Ephes. 6.*
no & in potentia virtutis eius
dicas. Hæc [e] omnia venerunt e *Ps.43.*
super me, nec oblitus sum tui,
& nō recessit retro cor meum :
quia neque [f] mors, neque vita f *Rom.8.*
à tua charitate me poterunt separare. Porro si incrassatus, [g] g *Deut.32.*
impinguatus dilatatus, cantaueris [h] in viis Domini quoniam h *Ps.137.*
magna est gloria Domini : quā
[i] mercedem habebis ? Nonne i *Matt.6.*
& publicani hoc faciunt ? Si
autem is qui [k] dedit carmina in k *Iob.35.*
nocte : in [l] tribulatione dilata- l *Ps.4.*
uerit tibi, vt & libenter [m] glo- m *2.Cor.12.*
rieris in infirmitatibus tuis : &
velut esuriens [n] amarum pro
dulci sumas : tunc accusator n *Prou.25.*
[o] fratrum qui ait nunquid [p] fru- o *Apoc.12.*
stra timet Iob Deum : videns p *Iob.1.*

Vincit diabolum qui vincit impatientiā.

a *Psal.7.* quod ceciderit [a] in foueam
quam fecit, non tam facile sta-
b *Zach.3.* bit [b] à dextris tuis vt aduerse-
c *Isa.14.* tur tibi. An non erimus [c] ca-
pientes eos qui nos ceperant,
d *Ps.36.* gladio [d] eorum intrante in cor-
da ipsorum? si abominationes
e *Exod.8.* [e] Ægyptiorum immolauerimus
f *Iacob.1.* Deo nostro, omne [f] gaudium
existimantes cum in tentatio-
nes varias inciderimus: scien-
g *1.Thess.3.* tes [g] quod in hoc ipsum positi
h *Eccli.51.* sumus. Tres [h] viri illi qui in
i *Apoc.12.* [i] medio ignis non sunt æstuati:
k *1.Cor.6.* qui non [k] dilexerunt vsque ad
mortem animas suas: vt glori-
l *1.Cor.6.* ficarent [l] & portarent Deum in
corpore suo: quid ferentur an-
m *Mat.10.* te reges [m] & præsides ducti
propter nomen suum? Ecce
n *Dan.3.* [n] Deus noster quem colimus,
inquiunt, potest eripere nos de
camino ignis ardentis & de
manibus tuis, ô rex, liberare.
Quid si noluerit, notum sit tibi,
rex quod Deos tuos non coli-
o *Ps.30.* mus. Plane [o] sibi ipsis facti

erant tanquam vas perditum, adeo vt cum Dominus tradidisset [a] eos in manus Dominorum crudelium: quia [b] oderant animam suam in hoc mundo, maiores [c] diuitias æstimarunt thesauro Babyloniorum improperium Christi.

a Isa. 19.
b Ioan. 12.
c Hebr. 11.

Eia frater si [d] egressus Satan à facie Domini percuteret te, vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem, vel accepta [e] sententia secaret te medium quomodo audiretur [f] in te gratiarum actio & vox laudis: & permaneres [g] in simplicitate tua? Ecce [h] si videris faciem patris tui non esse erga te sicut heri & nudiustertius, & eum paulisper austerius [i] tecum agere: ac consuetum occursum ferocius exhibentem protinus repletus [k] amaritudine: & inebriatus absinthio, ais No. Dereliquit [l] me Dominus & Dominus oblitus est mei: & idcirco tædet [m] animam meã vitæ meę,

d Iob. 2.
e Dan. 12.
f Isa. 51.
g Iob. 2.
h Gen. 31.
i 2. Mac. 14
k Thren. 3.
l Isa. 49.
m Iob. 10.

a Ps.29. quia auertit [a] faciem suam à me: & factus sum conturbatus. M. Modicæ [b] fidei quare

b Matt.14. Qui bene credit, bene vincit. dubitasti? Accede [c] homo ad cor altum, vbi mirabilis [d] in

c Ps.63.
d Ps.92. altis Dominus: vt fide [e] gran-

e Hebr.11. dis effectus, quocunq; [f] te ver-

f 1.Reg.14.
g 1.Ioan.5. teris superes: quoniam hæc [g] est victoria quæ vincit mun-

h Marc.16. dum, fides nostra. Et si [h] mortiferum quid biberis non tibi nocebit: quinimo inundatio-

i Deut.33. nem [i] maris quasi lac suges, &

k Isa.38. erit [k] in pace amaritudo tua

l 2.Mac.6. amarissima: ita vt si propter [l] Deum duros corporis sustinueris dolores, secundum animam propter amorem suum libenter hæc patiaris. Verum

m Gal.3. donec veniat [m] hæc fides, interim sub lege custodiris cõclusus in eam fidem quæ reuelan-

n Ephes.4. da est: ne circumferaris ergo [n] fluctuans omni vẽto doctrinæ;

o Cant.8. etenim anima tua paruula [o] & vbera non habens, quamdiu

p Isa.47. vocatur [p] mollis & tenera: ni-

hil [a] differt ab ancilla cum tamen sit omniū domina. Si Deus pater [b] filias habuerit, vis vt ostendat hilarem faciem suam ad eas, vt non apprehendant [c] disciplinam & pereant de via iusta: cum per tristitiam [d] vultus corrigatur animus delinquentis?

a Gal. 1.
b Eccli. 7.
c Psal. 2.
d Eccle 7.

Itaque, mi frater, donec [e] veniat qui mittendus est, stabilis [f] esto & immobilis abundans in opere Domini sēper, sciens quod labor tuus & si minus suauis, non tamen est inanis in Domino. Vnusquisque [g] enim non secundum suum saporem sed secundum suum laborem, mercedem accipiet. Sed [h] esto. Aderit [i] Dominus Deus noster cunctis obsecrationibus tuis, & iugiter dabit [k] tibi petitiones cordis tui, ita vt spiritus [l] eius super mel dulcis continuè lætificet [m] iuuentutem tuam. Quis [n] cognouit sensum Domini, affirmans quod proue-

e Gen. 49.
f 1. Cor. 15.
g Cor. 3.
h 2. Cor. 12
i Deut. 4.
k Ps. 36.
l Eccli. 24.
m Ps. 42.
n Rom. 11.

a *Philip.* 1. niat [a] tibi in salutem hæc subministratio spiritus Iesu Christi: cum [b] nullus hominum possit intelligere viam suam. Quid [c] enim oremus sicut oportet nescimus, præsertim cum prosperitas [d] stultorum perdat illos: & contra [e] qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transiere fideles. Fortassis enim si mel [f] inuenires comederes ex eo plus quam sufficit tibi: & satiatus euomeres illud. Delectabile [g] est enim oculis videre solem: sed si intenderet homo in eum qui lucem [h] habitat inaccessibilem, antequam illuminatos [i] oculos cordis sui habeat: cautus sit ne oculus eius [k] dexter tenebrescens obscuretur. Si enim subito [l] circumfulserit eum lux de cœlo: verendum est ne deficiat [m] ferre non sustinens, propter excellẽtem [n] gloriam: ac demum faciem eius operiat caligo, & nõ [p] videat solem vsque ad tem-

b *Prou.* 20.
c *Rom.* 8. Periculosa prosperitas.
d *Prou.* 1.
e *Iudic.* 8.
f *Prou.* 25.
g *Eccli.* 11.
h 1. *Tim.* 6.
i *Ephes.* 1.
k *Zach.* 11.
l *Act.* 9.
m *Iere.* 20.
n 2. *Cor.* 3.
o *Iob.* 23.
p *Act.* 13.

pus. Vnde vt rationabile [a] sit obsequium nostrum, oportet in [b] omni sacrificio nostro offerre sal: quia non [c] potest comedi insulsum quod non est sale conditum. Nam & hæreditas [d] ad quã festinatur in principio, in nouissimis benedictione carebit, quæ [e] autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. Cæterum quoniam diligentibus [f] Deum omnia cooperantur in bonum: & in hoc quoque virtus [g] in infirmitate perficitur, si carne [h] concupiscente aduersus spiritum, non quæcumque volumus illa faciamus: sed in sudore [i] vultus nostri vescimur pane nostro: vt violenti [k] rapiemus regnum Dei.

a *Rom.* 12. Vbique medium pone.
b *Leuit.* 2.
c *Iob.* 6.
d *Prou.* 20.
e *Prou.* 13.
f *Rom.* 8.
g 2. *Cor.* 12.
h *Gal.* 5.
i *Gen.* 3.
k *Mach.* 12.

CAP. XIV.

In decimo quarto Capite ostenditur quod vtilius est acquirere arma bellica contra tentationes diaboli: quam solam dulcedinem deuotionis expetere.

[a 1. Cor. 7.] EXistimo [a] autem hoc bonum esse propter instantem necessitatem: vt quia [b] bellum instat ex aduerso & post tergum, solliciti simus induere [c] nos armatura Dei vt possimus stare aduersus insidias diaboli: magis quam reclinatorium [d] aureum appetere, vt demus [e] palpebris nostris dormitationem. Si enim quasi [f] modo geniti infantes lac tantum concupiscimus: deuitabimus in agone [g] contendere dicentes, melior est [h] pugillus cũ requie quam vtraque manus cum dolore & afflictione animi. Cumque abiecerimus [i] clypeũ for-

[b 2. Reg. 10.] [c Ephes. 6.] [d Cant. 3.] [e Ps. 131.] [f 1. Petr. 2.] [g 1. Cor. 9.] [h Eccle. 4.] [i 2. Reg. 1.]

tium & arma bellica: quaſi vo-
lentes vacare [a] & videre quo- a Pſ.45.
niam ipſe eſt Deus, profectò
videntes [b] nos hoſtes deride- b Thren.1.
bunt ſabbata noſtra: & nos
tanquam pigros [c] de boum ſter- c Eccli.22.
coribus lapidabunt. Et qui-
dem [d] ſatis iuſtè, qui enim ma- d 2. Mach. 9.
num [e] ſuam miſit ad fortia, vbi e Prou.3.
bellum apertum [f] eſt magnum f 1.Cor.16.
& euidens, & aduerſarij multi:
non habet dormire [g] iam & re- g Matt.26.
quieſcere, ſed nec ſolo lacte [h] h Hebr.5.
illi opus eſt ſed etiam ſolido ci-
bo, vt cibatus [i] pane vitæ & in- i Eccli.15.
tellectus: ambulet [k] in forti- k 3.Reg.19.
tudine cibi illius vſq; ad mon-
tem Dei: cadentibus [l] à latere l Pſal. 90.
ſuo mille & decem millibus à
dextris eius. Quapropter [m] in- m Hebr.6.
termittētes inchoationis Chri-
ſti ſermonem, & ſi non ad per-
fectionem, ad aliqualem vt-
cumq; profectum feramur: non
rurſum petentes, vt [n] ad vbera n Iſa.66.
portemur: & ſuper genua blā-
diatur nobis. Sic enim arbitror

a Gen. 21. quod in die [a] ablactationis nostræ, fiet grande conuiuium: quando scilicet qui noueramus b 2. Cor. 5. [b] Christum secundum carnem iam non agnoscemus dicentes c Cant. 8. ei: fuge [c] dilecte mi, quia d Ioan. 16. nisi [d] abieris, Paracletus non veniet ad nos.

e Philip. 4. In hoc itaque petitiones [e] nostræ innotescãt apud Deum: f Psal. 43. & 17. vt doceat [f] manus nostras ad g Ps. 67. prælium: ponens [g] vt arcum æreum brachia nostra, détque h 1. Cor. 15. [h] nobis victoriam per Iesum Christum. Habent quidem a- i Cant. 3. dolescentulæ [i] quæ diligunt ni- k Isaia 3. mis ornamentum [k] calceamentorum: & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & gemmas in fronte pendentes, & palliola, & linteamina, & acus, l Heb. 4. 9. & specula de quibus [l] non est modo dicendum per singula. Virilitcr agendum & sustinendum seruis Dei. Verum cum hæc ad cultum [m] & mundum muliebrem perti- m Esther 2. neant. Ridiculum est videre n Matt. 11. [n] hominem mollibus vestitum,

descendere [a] ad singulare certamen, contra fortem [b] armatum custodientẽ atrium suum: qui quasi [c] stipulam reputat malleum & deridet vibrantem hastam. Etenim fallax [d] gratia & vana hæc pulchritudo, & si conferant ad [e] iustificationes culturæ & sanctum seculare: vt scilicet per ea honeste [f] ambulemus ad eos qui foris sunt: non tamen sunt arma [g] potentia ad destructionem munitionum: quæ possunt [h] omnia tela nequissimi ignea extinguere. At fortis mulier [i] illa: quæ accinxit fortitudine lumbos suos: & roborauit brachium suum: sciens quod [k] non est ei colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes tenebrarum, vigilat [l] & orat, ne intret in tentationem. Et quoniam certamen [m] forte dedit illi Dominus vt vincat, induit [n] se lorica iustitiæ in omnibus sumens scutum fidei: &

a 1. Reg. 17.
b Luc. 11.
c Iob. 41.
d Prou. 31.
e Hebr. 9.
f Thess. 4.
g 2. Cor. 10.
h Ephes. 6.
i Prou. 31. Pugna, & arma seruientium Deo.
k Ephes. 6.
l Luc. 22.
m Sap. 10.
n Ephes. 6.

gladium ſpiritus quod eſt ver-
a Cant. 3. bum Dei : propter [a] timores
b Mach. 15. nocturnos. Armata [b] eſt enim
non clypei & haſtæ munitio-
ne: ſed ſermonibus optimis
c Hebr. 4. cum ſermo [c] Dei ſit viuus &
efficax & penetrabilior omni
d Deut. 9. gladio ancipiti : cui nemo [d] po-
teſt ex aduerſo reſiſtere. No-
e 2. Tim. 2. uit [c] quippe quod non corona-
bitur niſi qui legitime certa-
uerit: & propter hoc femineæ
f Mach. 7. [f] cogitationi maſculinum ani-
mum inſerens, non facit ani-
mam ſuam prætioſiorem quam
g Act. 20. ſe : dummodo magnificetur [g]
h Philip. 1. Chriſtus in corpore ſuo, ſiue
per vitam ſiue per mortem.

CAPVT XV.

In decimoquinto Capite, tam Sanctorum constantia quam prauorum, & mundi amatorum pertinacia in exemplum patientiæ adducuntur: agiturque de iusta remuneratione victoris & victi.

TV itaque frater attende [a] ad petram vnde excisus es: & noli [b] negligere gratiam Dei quæ est in te, quoniam [c] vt probatio fidei tuæ multo prætiosior sit auro: tibi donatum [d] est pro Christo non solum vt in eum credas verumetiam vt pro illo patiaris. Curre [e] igitur propositum tibi certamen, in quo spectaculum [f] factus es mundo & angelis & hominibus: vt cum [g] probatus fueris, accipias coronam vitæ, quam [h] daturus est Deus his qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Quod si in hoc cer-

a *Isa.* 51.
b 1. *Tim.* 4.
c 2. *Petr.* 1.
d *Philip.* 1.
e *Hebr.* 12.
f *Cor.* 4.
g *Iacob.* 1.
h *Tob.* 2.

a 2.Para.35 tamine [a] vulneratus fueris à sa-
b Luc. 10. gittariis : ita vt plagis [b] tibi im-
positis semiuiuus relinquaris,
c 2.Reg.11. sane [c] non te frangat hæc res,
d 2.Mach. 14. etiam si grauissimis [d] vulneri-
bus fueris saucius, quinimo
e Iob.27. donec [e] superest halitus in te
& spiritus Dei in naribus tuis:
f Tob.4. caue [f] ne aliquando peccato
consentias : sed magis resiste
g Iacob.4. [g] diabolo & fugiet à te. Domi-
h Iere. 20. nus [h] quippe erit tecum tan-
quam bellator fortis, nec di-
i Exod. 24. mittet [i] te cum peccaueris, sa-
k psal.102. nans [k] omnes infirmitates tuas.
l Rom.16. Conteret [l] enim Satanam sub
pedibus tuis velociter : adeo
m Luc.24. vt indutus [m] virtute ex alto di-
n 2.Cor.12. cas, cum enim [n] infirmor, tunc
o Iosue 1. potens sum. Confortare [o] er-
go & esto robustus valde : &
p Isa.40. stude auxiliante eo qui dat [p]
q 2.Paralip.16. lasso virtutem, & præbet [q] for-
titudinem his qui corde per-
fecto credunt in eum : cursum
r 2.Tim.4. [r] consummare & fidem serua-
s 2. Par.17. re. Et vt sumat [s] cor tuum fidu-

ciam

ciam propter vias Domini, exemplum [a] accipe exitus mali & longanimitatis & laboris & patientiæ Prophetarum qui loquuti sunt in nomine Domini. Oculi [b] tui semper ad Dominum, aspicientes [c] in auctorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. Intuere eos qui [d] ibant gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti fuerant pro nomine Iesu contumeliam pati, dantes [e] percutientibus se maxillam vt saturarētur opprobriis. Ecce [f] beatificamus eos qui sustinuerunt: qui [g] per fidem vicerunt regna, & nunc sedēt [h] in throno Christi nam & ipse vicit & sedet in throno patris sui. Ad hoc forte tacita [i] cogitatione responderis No. Quomodo [k] possum cum equis contendere qui cum peditibus currens laboraui? Iustitia [l] istorum sicut montes

a *Iacob.* 5.
b *Ps.* 24.
c *Hebr.* 12.
d *Act.* 5.
Descriptio Iustorum.
e *Thren.* 3.
f *Iacob.* 5.
g *Hebr.* 11.
h *Apoc.* 3.
i *Deut.* 18.
k *Iere.* 12.
Verba Nouitij seu diaboli illum auertentis.
l *Psal.* 35.

a Apoc. 1. Dei non possum [a] eos sequi
b Iob. 39. quocumque ierint: qui [b] in arduis posuerunt nidum suum atque inaccessis rupibus, vnde contemplantur escam. Illi non
c 2. Reg. 18. modo per viam [c] compendij currunt vt alios præcedant:
d Isa. 40. sed etiam vt nubes [d] volant, &
e Act. 11. tu dicis mihi: vade [e] cum eis, ni-
f 2. Reg. 14. hil hæsitans: cum [f] claudus sim & debilis pedibus. Sed & for-
g Isa. 1. titudo [g] mea vt fauilla stuppæ:
h Mich. 3. hi autem repleti [h] fortitudine spiritus Domini & iudicio &
i Iob. 39. virtute: procul [i] odorantur bellum non reputant tubæ so-
k Iudic. 3. nare clangorem: vtraque [k] manu enim vtētur pro dextera.

l Ps. 62. M. O homo obstructum [l] est
m Ezec. 16. os loquentium iniqua: vt [m] non sit tibi vltra aperire os præ confusione. Intuere [n] & respice opprobrium tuum; quomodo Deus instauret [o] testes suos cōtra te; non quidem asinum [p] qui cognoscit præsepe Domini sui; vel miluum [q] qui

Pluribus aboribus digniorest Deus quā mundus.
n Thren. 5.
o Iob. 10.
p Isa. 1.
q Iere. 8.

in cælo tempus ſuum agnouit.
Contemplare [a] diligenter multo intuitu eos qui [b] lætantur cũ male fecerint, quanto fortiores filiis [c] lucis in generatione ſua ſint: vt [d] ſicut illi exhibent membra ſua ſeruire iniquitati ad iniquitatem: ſic & tu corpus [e] & animam tradere paratus ſis pro perſeuerantia. Nam illi tam fortes facti ſunt in bello [f] vt [g] nõ ſolum alligari: ſed & mori parati ſint pro mundo qui [h] tranſit & cõcupiſcentia eius: omnes [i] tenentes gladios & ad bella doctiſſimi. Contemnunt [k] pauorem, nec cedunt gladio: & ita ſupra virtutem [l] voluntarij ſunt: vt cum [m] audierint buccinam exultent audacter, ſcientes quod formidoloſus [n] & corde pauido cum ignominia remittendus eſt in domum ſuam. Et quamuis ſpinis [o] & maceria vias eorũ ſepiat Deus, oſtendens [p] eis tribulationes multas & malas, vt conuertan-

a *Iſaiæ* 2.
b *Prou.* 2.
c *Luc.* 16.
d *Rom.* 6.
e 2. *Mac.* 14.
Deſcriptio amatorũ & laborũ mundi.
f *Hebr.* 11.
g *Act.* 21.
h 1. *Ioan.* 2.
i *Cant.* 3.
k *Iob.* 39.
l 2. *Cor.* 8.
m *Iob.* 30.
n *Deut.* 20.
o *Oſee* 2.
p *Pſ.* 70.

a Ezec. 18. tur [a] à via sua mala & viuant:
b Iere. 6. frustra [b] conflare videtur con-
c Iob. 30. flator. Sub [c] sentibus esse de-
licias computant: in carceribus
d 2. Cor. 11. [d] abundantius, in plagis supra
modũ, in mortibus frequenter,
vt vel ad horã fruantur [e] bonis
e Sap. 2. quæ sunt in puncto: & sic in
f Iob. 21. puncto [f] ad inferna descendũt.
g Amos 4. Etiam si subuerterit [g] eos Do-
minus sicut Sodomam & Go-
h Prou. 27. morram, & contuderit [h] in pi-
la quasi ptisanas feriente pilo
i Eccli. 1. desuper: donec rapiantur [i] à
rugientibus præparatis ad es-
